
DIATAXIS KYPRIA TOY ALEXANLROY PAPA TOY TETARTOY. CONSTITUTIO...

Alexander 4.>, Vincenzo Riccardi




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 E
25


ΔΙΑΤΑΞΙΣ
ΚΥΠΡΙΑ
ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΠΑΠΑ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ.

CONSTITVTIO
CYPRIA
ALEXANDRI
PAPAE IIII.

GRAECE NVNC PRIMVM REPERTA
LATINEQ. REDDITA,

AC NOTIS ILLVSTRATA

A
VINCENTIO RICCARDO
CLER. REG.



ROMAE,
Excudebat Stephanus Paulinus. MDCXXXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

CVM Constitutio Alexandri Papæ Quarti de Regno Cypri latinitate donata à Patre D. Vincentio Riccardo S. T. P. & nostra auctoritate à duobus Patribus nostris Theologis recognita, & approbata sit, vt typis mandetur (modo ijs ad quos spectat id visum fuerit) facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas, & sigillo nostrę Congregationis munitas damus. Neapoli in Ædibus nostris Sanctorum Apostolorum. Die 24. Decembris 1633.

D. Matthæus Sanctomango Præpositus Generalis Clericorum Regularium.

Loco † Sigilli

D. Franciscus Barilis Secretarius.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo P. Magist. Sacri Palatij Apost.

A. Torniellus Vicesg.

De mandato Reuerendiss. P. Fr. Nicolai Riccardij Sac. Pal. Apost. Magist. perlegi Bullam Alexandri IIII. è Græco non ineleganter versam & laude dignum censui esse interpretem. nam Cyprij non solum litterali sed etiam vernacula lingua magis corrupta, quam ceteri Græci vtuntur. Cum igitur Bullam Latinè exaratam, quæ non extat, Græci Cyprij semibarbarè verterint, denuo Reuerend. P. D. Vincentius Riccardus è corrupto Græco, non sine labore Latinam reddidit. eam proinde imprimendam esse iudico. E Collegio Græcorum S. Athanasij IV. Kal. Febr. an. MDCXXXIV.

Petrus Arcudius manu propria.

Constitutionem Cypriam Alexandri IV. Pontificis Maximi, nunc primum à Reuerendo P. D. Vincentio Riccardo ex Græca Latinam factam, & notis illustratam, mandante Reuerendissimo P. Fr. Nicolao Riccardio Sac. Pal. Apost. Magistro legi. Nihil, quod vel pias aures, vel mores offendat: Nihil quod luce dignum non sit: Nihil denique in ea est, quod Ecclesiæ Romanæ auctoritatem, iuraq; in alias Ecclesias superiora non firmet, ac roboret. Romæ, x. Kalen. Iunij MDCXXXV.

Leo Allacius.

Imprimatur.
Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Prædic.

EMINENTISS. PRINCIPI
FRANCISCO
BARBERINO
S. R. E. CARDINALI
VICECANCELLARIO.





NCREDIBILI, ut par erat, Eminentissime Princeps, ad vestigandum sagacitate, te auctore perlustrabam in Altempsiana Bibliotheca Græcorum Euchologia, ut quæ in impressa irrepserunt, ex ipsis exemplaribus percipi possent errata; cum ecce, dum alacri, promptoq; vultu huc illucq; cuncta peruoluens, emissitijs circumspectans oculis intuerer, se offert in Cyprio quodam vetusto Euchologio Διάταξις *Constitutio, Alexandri Pontificis eius nominis IV. Eam mira alacritate perlegens, sentio nec Latinè, nec Græcè hucusq; editam, immo nec in Pontificum quidem notatam Actis, quæ tamen summam Romanæ Sedis in Græcos, & Cypri insulam auctoritatem locupleti testimonio prodat: ac pleraq; Ecclesiasticis incognita Scriptoribus pandat. Nè autem alto diutius obtecta silentio interiret prorsus, à perpetua obliuione vindicans, Latinam è Græco exemplari reddere statui, pristinæq; latinæ integritati pro viribus restituere. Ut verò Venatici canis partes agerem, quo nomine à tuo S.mo Patruo VRBANO VIII. me olim cohonestatum recolò, ad tuos pedes vnici domini mei, & singularis patroni, cui cuncta ex animo & polliceor, & profiteor, prædam tuo nomine partam, & auctam, illæsam vltrò defero, & offero; quam non modò suo ipsius velim pondere pendas, verùm etiam nouitatis momento, eoq; maximo. Prædæ enim quò agrestiores, eò cariores. oculus namq; mortalium, quæ numquam visit aliàs, propensius intuetur ac spectat: altèq; mens suspicit & miratur,*

ratur,

ratur, commota rei nouitate natura ipsa; intimèq; excito affectu, flagrat eius cupiditate animus. Quamquam cum mirificè Græcas litteras, & colas, & ames, nihil illis tibi gratius, nihil acceptius. Vrbanici planè Solis, animi inquam, virtutisq; coruscus iubar, à quo sanctissimorum morum, græcæq; eruditionis lumine hausto; cùm splendes in Orbe, solaris illius orbis maiestatem repræsentas & prædicas. Constitutio ista Cypria lucifuga, Latium natale solum, in quo fuerat ædita, verterat, latèq; spatiata abditis in siluis, sinuosisq; in antris immutata eloquij forma se receperat abditè, procul planè ab oculis, procul à mente mortalium: sensimq; Latinis pariter, ac Græcis inuisa. Perscrutabundus oberrans prælucescente E. T. in Altempsiana agresti illa græcorum Codicum inculta silua introspicio, peregrino eam latitantem habitu reperio, Cyprio quodam velut in saltu, senticoso illo Cyprijs familiari eoq; asperrimo eius temporis græco exaratam eloquio; rapio illico, describo, latinè reddo, integramq; prædam obseruantiæ meæ indicem, beneuolentiæ tuæ illicem, E. T. protinus trado, vt postliminio ex te vniuersus eam excipiat Orbis: ac ex tuo pariter admiretur, suscipiatq; nomine, fausto vtiq; feliciq. Aspiret Deus. Interim demittat se paululum E. T. laxamentum capiat curarum, & blandis litterarum lenocinijs animitus blandienti plaudat catulo; ac longo iam labore fesso, deciduoq; sudore grauato & anhelanti occurrat benignè: ipsumq; pariter ac prædam eius ex ore pendentem, gratabundo vultu, passisq; vlnis complectere. E domo Sancti Andreæ de Vrbe Kalendis Febr. Anno MDCXXXVI.

E. T.

Humillimus seruus

Vincentius Riccardus Cler. Reg.

CONSTITVTIONIS CYPRIAE HISTORIA.

Vincentij Riccardi Clerici Regularis.


YPRVS Pamphylij maris Insula, procul à continenti discreta, ad ortum, occasumq. Ciliciæ, ac Syriæ obiecta, portubus distincta, loci amœnitate summa, feracitate multiplici, opum copiarumq. vbertate adeò referta, vt iure Macaria sit vocata: seipsa nimirum, caducarum opulentia rerum, felix ac beata. Nouem quondam regnorum sedes: Romani olim populi tributaria: Ab Apostolis ipsis Christianę fidei sanctissimis formata institutis: Græco vt eloquio, sic ritu piè orthodoxèq. ferè semper culta. Agarenorũ crebrius pressa tyrannide, pluries à Græcis quibus parebat Imperatoribus in libertatẽ asserta. Duodecimo tandẽ à Christo sæculo, Græcis ob sæuam eorũ in Anglos inhumanitatẽ, quos quassata classe in Cypria littora exanimes impactos exturbantibus & protrudentibus, Anglica illa martia virtute, Helladũ oppressis, abactisq. Ducibus à Riccardo Anglorum Rege vltrò temereq. lacessito, Insula subacta vniuersa, in Latinorum ditionem potestatemq. cessit. Riccardum enim inuictum quem amicum reiecerat hospitem, violatis hospitij iuribus, infensum postea suo malo sustinuit, sensitq. hostem. Deinde Lusinianis paruit Gallis, qui Regio eam nomine à Rom. Pont. auctam locupletarunt. Sed cædibus, dissidijs, seditionibus distracta, ac fœdata: In superos contumax; In pares fastuosa: in Romanam Sedem ingrata: ecclesiasticis fulminibus icta, pugnaci Procerũ ac Præsulum vastatur dissidio. Quocirca perduellibus Rom. Sedi Pontificibus extrusis, græcanica eliminata perfidia, abstractisq. quattuordecim græcorũ Episcoporum sedibus, ecclesiastica cõtracta prouincia, quattuor tantùm totius Insulæ à Celestino huius nominis Tertio, constitutæ fuerunt Antistitũ sedes: duobus cuilibet Vrbi datis Præsulibus, Latino nimirum, & Græco, singulis suo cuiusq. patrio ritu Pontificia munia in vna, eademq. obeuntibus Vrbe. Horum Primas cum olim ad quartum ferè vsque sæculum Metropolitano auctus iure Paphensis esset Archiepiscopus, deinde Constantiensis, duodecimo demum à Christo sæculo Leucosiensis exstitit, reddita Leucosia regia olim Vrbe, totius Insulæ Metropoli. Defuncto autem Leucosiæ Præsule Græco, elegerunt Græci gentilem suũ Germanum, qui, vt vrbanæ gentis, ita & Vrbis, Insulæq. vniuersæ integro se, plenoq. iure Antistitem factum ratus, nomen, & ius assumit Archiepiscopi, & Metropolitico iure Græcos omnes totius Insulæ suæ ditionis esse contendit. Quo, Pontificio iure, & munere perfungẽte, Hugo Latinus Leucosiæ Archiepisc. insurgit. Germanum nõ ritè electum, nec canonicè ordinatũ criminatur, incusat; iniustè ius dare oblatrat. Vnum dũtaxat eumq. Latinum esse Archiepiscopũ in vniuersa insula Metropolitico constitutum iure, ex summorum Põtificum decretis, contentioso, pugnaciq. tumultu instat, vrget, probat. Græcum Germanum, vt aliena iura inuadentẽ, perturbaturus è solio, ad suum prouocat

tri-

tribunal, eumq. insectatur molestè, exagitatq. grauiter. Quę omnia acerbo ferēs animo Germanus, facta ad Alexandrum IV. Rom. Pont. appellatione, eius eludit iudicium. Ad Romanam conuolat Vrbem, gentiliū suorum Episcoporum frequentia stipatus: illatā sibi expostulat iniuriam; indigna, & intoleranda se iniquè perpessum, cōqueritur. Pontificiam implorat opē, qua Cyprios, quibus vniuersa agitabatur Insula, sedaret fluctus. Mittit etiā & Hugo Leucosię Archiep. suos Oratores, accessurus potius ipse, nisi veritus Insulā sine vllo relinquere Antistite, Rectore, Pastoreq. destitutā prorsus omni. Viros pręficit, legatq. Romā, alieno quidē nomine, reuera tamē iura Latini Metropolitę propugnaturos apud acerrimū iuris propugnaculū: in summa æquitatis arce, Apost. nimirū sede, præsidia defensionis suæ cōstituens. Excepit omnes Alexander benignè, audiuitq. amicè. Diuersis tamen pugnantium Episcoporū studijs cōmotus grauiter, pacis prouinciā suscipiens, Anagniæ Latij Vrbe patria, in publico cōsessu, ipso astante Germano, tribusq. alijs, Græcis Cypri Episc. Nicolao Soliæ, Ioacim Carpasij, & Matthęo Leucarū, ac Hugonis Latini Leucosiæ Archiep. Oratoribus, plurimisq. considētibus S.R.E. Cardd. pacis assertor Pontifex auditis, maturèq. expensis vtriusq. dissidētis partis rationibus, ex Fratrū consilio pacifica Cōstitutione sanxit: Germanū quoad viueret Archiepiscopi iure, nomine, munere potiundū. Neuè vnius Leucosię ciuitatis duo forent Archiepiscopi, & iura cùm daret Germanus, iura eripere videretur Hugoni, Leucosiæ sedē Hugoni, Solię verò Germano tribuit, Nicolao ad Arsinoēm vacātem Ecclesiā à Solœnsi trāslato: & omnia Metropolitica Gręcorū Iura Græco impertiens Germano, cunctis deinceps ademit Græcis; siquidē defuncto Germano nullū alium Græcum Metropolitā eligendum statuit, ne cōtra sacros Canones, duo essēt in vna Prouincia Metropolitæ: Nomenuè, ius, munus Archiepiscopi, vnius tantùm postea futurum, Latini nimirum Leucosiæ Pontificis. Ceteros verò Germani posteros Episcopos, Soliæ tantùm nomine, & sede cohonestādos; ac Latino Leucosiæ Metropolitæ Metropolitico iure, vt & reliquos Græcos Pontifices esse subijciendos, pronunciat. Græcorum item Præsulum sedes in Latinorum diœcesibus, discretis tamen à Latinorum vrbibus, locat, expressis vtrorumq. iuribus, sua vnicuiq. planè tribuens, Græcos Episcopos in Latinorum imperio, ac ditione concordi animo quampacatissimos constituit.

Edita primùm hæc Constitutio est an. D. 1260. ab Alexandro Pont. summo Romano eloquio, Romanorum Pontificum more; deinde à Græcis gentilibus suis consulentibus, græcè reddita, & Leoni Solœnsi nouo Episcopo suffecto an. D. 1297. ex Leucosiæ tabulario exhibita, germanaq. locupletium testium assertione publicitus comprobata. Verùm quà bellorum incursione, quà Latinorum incuria, Latina excidit editio, & Græca tantùm, quod sciam, à Græcis librarijs numquam calamo parcentibus exarata, in vetusto quodam manuscripto Cyprio Euchologio Altempsianæ Bibliothecæ reperitur. Eam ne vt hucusque alto silentio præteritam, sic etiam oblitescentem ipsa prorsus obliteraretur, è Græco germano exemplari latinitati rursum restituere, & Latinè, ac Græcè nunc primùm publico Ecclesiæ bono, edere visum est.

CON-

ΤΑ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΑΠΑ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ.

1 ΕΝΟΡΔΙΝΩΣ ΚΑΙ ΚΑΝΟΝΙΚΩΣ ὁρισθέντα ταῖς ἀμφιβόλοις ἐν τῇ νήσῳ Κύπρου Ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἐν ταύταις Ἀρχιερατεύουσιν Ἰταλοῖς τε καὶ Γραικοῖς Ῥωμαϊστὶ ἐκτεθέντα, Ἑλληνιστὶ εἰσὶ ταῦτα, ἔχουσι δὲ οὑτωσί.

2 ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν τοῦ πράγματος μνήμην. Εἰς τὸ διηνεκὲς τὸ τῆς δίκης σέβας ἐκτείνεται ἀριδήλως, ἐν τῷ τοὺς τῶν ἀμφιλογιῶν διαπληκτισμούς, οὔποτε παρασκευάζοντας τὴν ἀγάπην, ἀλλὰ θαυματίζοντας τὴν ἀγάπην· τῇ τῆς εἰρήνης σιγῇ κατευνάζεσθαι· ἐνθένδε εἰς τὰς ἀντιστάσεις, ἃς ἄνδρες διαφωνοῦσιν ἐκκλησιαστικοί, οὓς διὰ τοῦτο πρὸς ἀλλήλους χρὴ εἶναι εἰρηναίους, ὅτι ἐν τοῖς ἄλλοις ὀφείλουσιν εἶναι εἰρηνικοί· τῇ τῆς κριτικῆς συνέσεως ἐπιμελείᾳ, καὶ πρὸς τὴν διαλλαγὴν τῆς διχονοίας· ἐν ἀγάπης δεσμῷ ἐξόχως χρεὼν ἐπαγρυπνεῖν. οὐ γὰρ ἐν βιαίῳ πνεύματος ζάλῃ, ὃ πολλάκις τὴν τῶν πραγμάτων ἀναστρέφει κατάστασιν, καὶ τὴν στερρότητα θλᾷ· οὔτ' ἐν τοῖς τῶν θορύβων κλόνοις, τοῖς πλειστάκις ἐκ τῶν διχονοιῶν ὁρμωμένοις τὸ τῆς καθολικῆς ἑνώσεως προσκόπτει αἰδέσιμον· πλὴν ἤχοι λεπτῆς αὔρας, τουτέστι, δηλαδὴ πραότητι κούφου πνεύματος, ᾗ τῶν ἀμφιλογούντων πραΰνονται ζέοντες οἱ θυμοί.

Ἐπεὶ δὲ ὁ εὐλαβὴς ἡμῶν Γερμανός, ὁ τῶν ἐν Κύπρου Γραικῶν Ἀρχιεπίσκοπος μετὰ τῶν τοῦ εὐλαβοῦς ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀρχιεπισκόπου Λευκοσίας ἐπιτρόπων, πρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐνεδήμησαν δικαστήριον· ὁ αὐτὸς τῶν Γραικῶν Ἀρχιεπίσκοπος μετὰ τῶν ἄλλων προέθετο ἐνώπιον ἡμῶν· ὅτι ἐν τῷ πάλαι τοῦ τῶν Γραικῶν Ἀρχιεπισκόπου τῆς προλεχθείσης νήσου τεθνηκότος, σχολαζούσης τῆς αὐτῶν μητροπόλεως, ἐπιτραπῆναι αὐτοῖς τὸν τοιοῦτον Γερμανὸν ἢ ἄλλον τινὰ εἰς τοῦτο κεχαρισμένον, ὡς ἄξιον νομίζεσθαι τῆς ἀρχιεπισκοπῆς, ἀπὸ τῆς ἀοιδίμου μνήμης τοῦ
3 Πάπα Ἰννοκεντίου τοῦ ἡμῶν προκατόχου, διὰ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων· μὴ ἀντιβαινούσης τῆς καθόλου συνόδου καὶ καταστάσεως· ἢ τῆς τῆς ἀγαθῆς μνή-
4 μης Πέτρου τοῦ Ἀλβανῶν ἐπισκόπου πάλαι ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις τοποτηρητοῦ τῆς ἀποστολικῆς ἕδρας, ἄδειαν ἐπιτυχεῖν ὡς τὸν αὐτὸν Γερμανὸν εἰς ἴδιον
5 ἐπίσκοπον προβάλλεσθαι. καὶ ὁ εὐλαβὴς ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ τῆς Τουσκούλας ἐπίσκοπος τότε ἐν τοῖς αὐ-

DECRETA ALEXANDRI PAPAE IV.

Rite & canonicè constituta in controuersia Ecclesiarum Insulæ Cypri, earumque Præsulum tum Italorum, tum Græcorum latinè edita, græcè reddita, à Vincentio Riccardo interpretata, sic se habent.



LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Cum iustitiae cultus perpetuò longè lateque explicetur manifestè, quando contentiosæ litigantium concertationes, quæ charitatem nullatenus conciliant sed perimunt, pacis silentio supprimuntur; Idcirco in obortis controuersijs, quibus discordes inter se ecclesiastici contendunt viri, qui hoc ipso quod aliorum pacis assertores esse conuenit, inter se deberent esse pacati, accurato iudicialis cognitionis examine, charitatisque vinculo ad dissensiones reconciliandas, summo necesse est studio inuigilare: non quidem in vehementi procellarum spiritu, qui sæpe sæpius tranquillum perturbat rerum statum: neque turbarum tumultu, qui crebrius acri dissentionum impulsu, catholicam vnionis conuellit obseruantiam; sed potius in sonitu aurae lenis, placida nimirum mansuetudine sedati spiritus, qua ardentes dissidentium mitigantur animi.

Postquam reuerendus frater noster Germanus Archiepiscopus Graecorum qui sunt in Cypro, & Procuratores reuerendi fratris nostri Archiepiscopi Leucosiæ ad tribunal nostrum deuenerunt. tum ipse Græcorum Archiepiscopus tũ alij cum ipso retulerũt ad nos. Defuncto nimirũ iamdudum Archiepiscopo Grecorum præfatæ Insulæ, cum eorum vacaret Metropolis, demandatum ijsdem ipsis fuisse, eiusmodi Germanum potius quàm alium quempiam huic muneri præficiendum, vtpote quem Archiepiscopatu dignum beatæ memoriæ Innocentius Papa prædecessor noster suis litteris existimauerit. Non repugnasse vniuersam Synodum & Ordinem: neque bonæ mem. Petrum Albani Episcopum, olim in partibus illis Apostolicę Sedis Legatũ, cum potestatem fecerit eundem Germanũ in suum ipsorum Episcopũ promouendi. Ac venerabilem fratrem nostrum Episcopum Tusculanum tunc temporis in eis-

eisdem partibus dictæ sedis Legatum, cui prædecessor noster mandauerat, vt quem præfati Episcopi sibi ipsis canonicè elegissent, modò dignus foret, confirmaret. cum verò de ordinando eiusmodi Germano à suis fautoribus ageretur eius electionem vtpote liberè ingenuèque factam, confirmasse, & egisse vt ipsi eius Suffraganei Episcopum consecrarent. Recepto deinde Romanæ Ecclesiæ nomine ab ipso Germano eiusque Suffraganeis obedientię iuramento, dictos Suffraganeos tamquam suo Metropolitæ canonicam ei spopondisse obedientiam. At cum ipse Germanus in possessione esset muneris Archiepiscopatus, & iura Metropolitica Clero & Populo Græcorum qui in ea degebant Insula pacificè daret, prænemoratum Leucosię Archiepiscopum suis non contentum finibus, cum neque in Germanum, qui non alium sibi superiorem nisi vnũ Romanum agnoscit Pontificem, nec etiam in eos qui sub illius sunt imperio Gręcos, vlla ius dicendi facultate polleret, ad suum tribunal ipsum prouocasse Germanum vt quibusdam contra ipsum prolatis querelis, eo quod de ipsis statuisset inquirere, responderet. Cum autem idem Archiepiscopus Germanus id agere detrectaret, in eius personam, vt ferebatur excommunicationis sententiam ferens, ipsum Germanum eiusque Ecclesiam innumeris onerasse grauaminibus, quę iacturas easque graues, maximaque impendia sibi importare demonstrat. Quocirca eiusmodi Germanus, & alij cum eo petierũt à Nobis, vt in ius suum Germanum assereremus, & illata ei à dicto Leucosia Archiepiscopo grauamina sarciremus: ipsumque ab eiusmodi & similibus non licita facultate in Gręcos, & qui ad eos spectant, decimarum impositione, alijsque iurium extorsionibus, actis, cohibere curaremus. Et quamuis coram pręfato Tusculano Episcopo cui sanè eiusmodi dederamus audire controuersias, Archiepiscopum Leucosię, numquam propter eam causam in iudicium legitimè saltem à quoquam homine vocatum fuisse pręfati Procuratores testati fuerint: neque ab ipso hac de causa tametsi propter alia quędam negotia nunc se fuisse missos; atque adeo de ijs quę ab Archiepiscopo Germano obiecta fuere non opus esset constituere iudicium. Nihilominus ne videremur negasse Archiepiscopo Gręcorum iustitiæ copiam de mandato nostro Auditor ipse ad dictas Germani querelas, pręfati Archiepiscopi nomine, eos respondere compulit.

Retulerunt itaque ad iudicium, Ordinationis eius-

αὐτοῖς μέρεσι τῆς ῥηθείσης ἕδρας τοποτηρητὴς, ᾧ
αὐτὸς ὁ προαρχιεπίσκοπος ἐνετείλατο, ὡς ὃν κανονικῶς
οἱ προῤῥηθέντες ἐπίσκοποι ἐκλέξωνται ἑαυτοῖς,
εἰ ἔστιν ἄξιος, παραχρῆν ἐπικυρώτερως δῶεν. ἐν
δὲ τῷ ποιῆσαι τοῦτον χειροτονηθῆναι παρὰ τῶν
αὐτοῦ συνδαστῶν, ἐπὶ βεβαιοῦν τὴν παῤῥησιασθεῖ-
σαν αὐτοῦ ἐκλογὴν πεποίηκεν ἐξ αὐτῶν τε αὐτοῦ
βοηθῶν παραχειθῆναι χειροτονίας εὐεργεσίαν.
Αναληφθείσης μετὰ ταῦτα, τῷ τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκ-
κλησίας ὀνόματι ἐξ αὐτοῦ τε καὶ τῶν αὐτοῦ συνδαστῶν
τῆς τῆς ὑπακοῆς θελήσεως οἱ ῥηθέντες τε αὐτοῦ
συνδασταὶ ὡς οἰκείῳ μητροπολίτῃ κανονικὴν κα-
θυπέσχοντο τὴν ὑπακοήν. ὄντος δὲ τοῦ αὐτοῦ Γερ-
μανοῦ ἐγκρατοῦς τῆς ἀρχιεπισκοπικῆς ἀξίας, εἰ-
ρηνικά τε δίκαια μητροπολιτικὰ τῷ κλήρῳ καὶ τῷ
λαῷ τῶν Γραικῶν τῶν ἐν τῇ νήσῳ διάγοντος· ὁ προ-
μνημονευθεὶς τῆς Λευκοσίας ἀρχιεπίσκοπος, οὐκ
ἀρκούμενος τοῖς ἰδίοις ὅροις, ὃς οὔτε εἰς αὐτὸν, ὡς 6
αὐτὸν εἶναι μείζονα ἄλλον ἢ τὸν τῆς Ρώμης ἀρχιερέα
οὐ γινώσκει· οὔτε εἰς τοὺς ὑποτεταγμένους αὐτοῦ
Γραικοὺς, τινὰ ἄδειαν δικαιολογίας ἐπέχειν. αὐτὸν
τῷ ἰδίῳ βήματι προσκαλεῖται, ἵνα ἐπί τισι ζητή-
μασιν ἃ προὐβάλλετο κατ᾽ αὐτοῦ ὥσπερ διέταξεν
ἐκζητεῖν, ἀποκριθείη. καὶ ἐπεὶ ὁ αὐτὸς ἀρχιεπίσκο-
πος Γερμανὸς ὑπελόγιζε πρὸς τὸ ἔργον ἐνδοὺς, καὶ
ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ, ὡς λέγεται, φέρων ἐπιτιμίου
ἀπόφασιν, πολλὰς τῷ τοιούτῳ Γερμανῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ
ἐκκλησίᾳ ἐπέφερε τὰς βαρύτητας, ἐξ ὧν ἀπο-
δείκνυται παθεῖν ζημίας καὶ ἐξόδους μεγίστας.
τούτου ἕνεκεν ὁ τοιοῦτος Γερμανὸς ἀφ᾽ ἡμῶν μετὰ τῶν
ἄλλων ἐζήτησε, τοῦ ἀνακτᾶσθαι τὰ ἐπενεχθέντα
βάρη αὐτῷ διὰ τοῦ ῥηθέντος Λευκοσίας ἀρχιεπι-
σκόπου, τὸ αὐτόν τε ἀπὸ τῶν τοιούτων καὶ τῶν ὁμοίων
τῆς μὴ ὀφειλομένης ἐξουσίας ἐπὶ τοῖς Γραικοῖς, καὶ τῶν
αὐτοῖς ἀνηκόντων ἐν δεκατισμοῖς καὶ ἄλλοις δι-
καίοις παραβάσεσιν ἐπιμελεῖσθαι μὲν κωλῦσαι.
κἂν καὶ ἐνώπιον τοῦ προῤῥηθέντος Τυσκυλανοῦ ἐπι-
σκόπου, ᾧ δεδώκαμεν ἀκροᾶσθαι τὰς τοιαύτας
ἐγκλήσεις, οἱ προῤῥηθέντες διεβεβαιοῦντο ἐπίτρο-
ποι, ὅτι ὁ ἀρχιεπίσκοπος Λευκοσίας ἕνεκεν τῆς τοι-
αύτης αἰτίας οὔποτε εἰς δίκην ἐκλήθη παρά τινος
ἀνθρώπου ἢ νομίμως· οὔτ᾽ αὐτοὶ παρ᾽ αὐτοῦ ὑπὲρ αὐτῆς
τῆς αἰτίας, πλὴν διὰ ἄλλας τινὰς χρείας νυνὶ
ἐστάλησαν. καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῖς προβληθεῖσι
παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Γερμανοῦ, οὐκ ὤφειλον
ἐπέχειν κρίσιν. ὅμως, ἐξ ἡμετέρας προστάξεως,
μήπως τῷ τῶν Γραικῶν ἀρχιεπισκόπῳ δόξειεν ἀπο-
ναι τὸ τῆς δίκης πλήρωμα, ἐβιάσατο τούτους ὁ αὐ-
τὸς ἀκροατὴς ταῖς ζητήσεσι, τούτου ὥσπερ τοῦ
ῥηθέντος ἀρχιεπισκόπου, ἀποκριθῆναι.

Προέθεντο τοίνυν ἐν τῇ κρίσει· ὡς προτερο-
πὴ περὶ τῆς καταστάσεως τοῦ τοιούτου Γερμανοῦ
οὐδε-

οὐδεμία τις ἐγεγόνει· ἐπεὶ περὶ τοὺς προμνη-
μονευθέντας ἐπισκόπους δικαιόν τι τοῦ ἀρχιεπίσκοπον
ἐκλέγεσθαι, οὐδενὶ τρόπῳ προσῆκε. καὶ αὐτοὶ παρὰ
τῆς ἐκλογῆς καιρῷ, ἣν περὶ τοῦ ποιῆσαι συλλεγόν-
8 τες, κατείχοντο δεσμῷ ἐπιτιμίου καθολικοῦ. καὶ
τὰ ἀποστολικὰ γράμματα, ἐν οἷς γέγονεν αὐτοῖς
ἡ προρρηθεῖσα τοῦ ἐκλέγεσθαι παρακεχωρημένη
ἄδεια, παρὰ ἀφορισμῷ ὑπειλημμένων ἐπορίσθησαν.
ἐξ ὧν αἰτιῶν σπουδαίως αὐτοῖς παρὰ τῆς Λευκοσίας
ἀρχιεπισκόπῳ διὰ τῶν αὐτοῦ τοποτηρητῶν· ὃς τότε τοῦ
χρόνου ἀπῆν, τοῦ μὴ πρὸς τὴν ἐκλογὴν, εἴτ' ἐπι-
κύρωσιν, ἢ χειροτονίαν προέρχεσθαι. τὸ τοιοῦτον
γέγονε καταδίκαιον καλούμενον, ὑπὸ παρὰ τῆς Λευ-
κοσίας ἀρχιεπισκόπῳ. διὰ τοῦτο μὲν προσταγῆς
9 τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης Κελεστίνου τοῦ προκατόχου
ἡμῶν· ὃς τὴν τῆς Κύπρου νῆσον ἕνεκεν τῆς ἀπειθείας
καὶ ἀπιστίας τῆς πρὸς τὸν Πάπαν τῶν Γραικῶν τῶν
ἐν ἐκείνῃ τότε κατοικούντων, παρεχώρησε τοῖς
καθολικοῖς Λατίνοις ταύτης κρατῆσαι, γεγόνασι
τοίνυν ἐκεῖσε ἐξωσθέντων τῶν Γραικῶν θρόνων
τέσσαρες ἐπίσκοποι καὶ καθέδραι Λατίνων κατα-
σταθεῖσαι· ὧν οἱ ἀρχιερεῖς ἐν δεκατίαις καὶ τοῖς ἄλ-
λοις ἐκκλησιαστικοῖς δικαίοις, ὧν οἱ τῶν Γραικῶν
ἐπίσκοποι ἐν τῇ τοιαύτῃ νήσῳ εἶχον ἀγαθὰ δι-
εδέξαντο· καὶ τῶν καθεδρῶν τεσσάρων μίαν, ἤτοι τῆς
Λευκοσίας, ὁ αὐτὸς Κελεστῖνος προεβίβασε, τῇ
δυνάμει τοῦ προέχειν ἐν πάσῃ ταύτῃ τῇ νήσῳ διὰ
μητροπολιτικῆς ἀξίας τῶν ἄλλων ἐκκλησιῶν. με-
τέπειτα δὲ ὁ ῥηθεὶς Ἀλβανῶν ἐπίσκοπος ἀδείᾳ
τῆς αὐτοῦ τοποτηρήσεως, ἢ δικαιοδοσίας διετάξα-
το, καὶ ἡ αὐτοῦ διάταξις ἐπεκυρώθη διὰ τῆς Ἀποστο-
λικῆς καθέδρας, τοῦ ἐν ὅλῃ τῇ προλεχθείσῃ νή-
σῳ τέτταρες ἐπίσκοποι Γραικοὶ μόνοι εἶναι· καί τι-
νας τόπους ἐπέχειν ἐν ταῖς τῶν Λατίνων ἐνορίαις· οἱ
μὲν ταῦτα παρὰ τῆς Λευκοσίας ἀρχιεπισκόπῳ ὡς
μητροπολίτῃ αὐτῶν, καὶ τοῖς Λατίνοις ἐπισκόποις,
εἰς ὧν ἐνορίας κατέστησεν αὐτούς, καθυπέχοντο
δεσμῷ ὑπακοῆς· φαίνεται οὖν καθαρῶς, ὡς
ἄλλος μητροπολίτης πλὴν τοῦ τῆς Λευκοσίας ἀρ-
χιεπισκόπου ἐν τῇ αὐτῇ νήσῳ, ἥ τις ἐστὶ μία
ἐπαρχία, οὔτ' ἠδυνάτο, οὔτ' ὤφελε τάττεσθαι.

Ὅθεν μετὰ τῶν ἄλλων ἐζήτουν οἱ προλεχθέντες
ἐπίτροποι, ἵν' ὃ γέγονε πρόκριμα περὶ τὴν τοῦ
προχειρισθέντος Γερμανοῦ ἐν τῇ τῆς Λευκο-
σίας ἐκκλησίᾳ κατάστασιν· καὶ ὅτι ἐκ τούτου, ἢ
ἕνεκεν τούτου παρηκολούθηκε, διατάξασθαι ἡμᾶς
μὴ ἔχειν τὸ κῦρος· καὶ κωλῦσαι ἡμᾶς τὸν τοιοῦτον
Γερμανὸν τοῦ μὴ ἐπεργάζεσθαί τι ἐν τῇ Κύπρῳ
περὶ τῶν ἀρχιεπισκοπικῶν δικαίων. τελευταῖον,
ὀχλήσεως ἐπὶ τούτοις γεγονυίας, καὶ πολλῶν ἔνθεν
κἀκεῖθεν γεγονυιῶν θέσεων παρὰ τῶν ἑκατέρῳ πα-
ρεστῆσαι τεταγμένων, ἐπεὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀποδεί-
ξεων

eiusmodi Germani nullum planè exstitisse mandatum. Deinde, ius eligendi Archiepiscopum nullo modo prememoratis conuenisse Episcopis. Tum eos, tempore quo ad electionem faciendam conuenerant, vinculo generalis censurę fuisse detentos. Demum, Apostolicas litteras, quibus dabatur eis pręfata eligendi potestas, ab innodatis vinculo excommunicationis fuisse latas. Quibus de causis continuò ipsi Leucosia Archiepiscopo, qui tunc temporis aberat, per ipsius Legatos visum fuisse ad electionem, siue confirmationem vel consecrationem non esse procedendum. Eiusmodi iudicatum, quod vocant, à Leucosię Archiepiscopo ideo factum fuisse, Quia ex mandato Sanctæ memoriæ Celestini prædecessoris nostri qui Insulam Cypri ob Incolarum Grecorum contumaciam & perfidiam in Papam, dederat catholicis Latinis eam tenere; factum fuit vt eiectis illinc Gracorum sedibus, quattuor Latinorum Episcopi, ac sedes constituerẽtur; quarum Pontifices in Grecorum loco suffecti, decimas, aliasque ecclesiastica iura, quę Grecorum Episcoporum in ea Insula erant bona, substitutionis iure obtinerent. Et vni ex quattuor sedibus, nimirum Leucosię idẽ Celestinus reliquas subiecisse sedes, ea potestate vt ceteris omnibus eius Insulę Ecclesiis Metropolitica pręesset auctoritate. Postea verò dictus Albani Episcopus, legationis qua fungebatur auctoritate siue iurisdictione, constituit, eiusque Constitutio fuit ab Apostolica Sede confirmata, Vt in prafata nimirum Insula vniuersa, quattuor tantùm essent Episcopi Graci, ac certa quadam loca in Latinorum haberent diœcesibus, qui deinde Leucosia Archiepiscopo tamquam eorum Metropolita, ac Latinis, quorum in diœcesibus erant, Episcopis, se ipsos Obedientia iuramento prastito, deuouerent. Quo circa clarè constat nullum alium Metropolitam, nisi Leucosia Archiepiscopum in ea Insula, qua vna sanè Prouincia est, vel potuiße, vel debuisse iura dare. Quapropter prafati Procuratores pariter cum alijs petierunt, vt decretum contra ius latum, Ordinationis assumpti iam Germani ad Leucosia Ecclesiam, & quidquid ex hac eius Ordinatione, vel eius causa factum deinde fuisset, Nos constitueremus esse irritum: ac probiberemus ne Germanus iste aliqua vlla Archiepiscopi iura exerceret in Cypro.

Tamdẽ super his oborto tumultu, multisq; positis quęstionibus abijs, qui vtriusq; partis patrocinium sustinebant. Quoniã ex ipsis iuris probationibus

bus in longum videbatur protrahendas fore controuersiae dissentiones, dictus Archiepiscopus Germanus humiliter supplicauit nobis, ne tam longis eiusmodi disputationibus eum circumueniri ac distineri, attenta Ecclesię Graecorum paupertate: neue tot tantasque morosas difficultates in medium afferri sineremus. Consulentes statui ipsius & paci, aequum duximus pacifica Constitutione ex Apostolica dispositione salubre inire consilium, quo dissidentium quiescant litigia, & sub ditione Ecclesiae Romaeorum vitam praefati Graeci cum Latinis ducant pacificam. Nec mirum si Latinorũ Graecorumque genus Ecclesiae ipsius Cypri variis agitatae turbis, seditionibus perturbatum aestuet, cum excrescat, vt diiudicamus id quod praebebat ansam, dissidiique materiam suggerebat, multiplex nimirum illa iuris alterutrimq. dicendi dandiue indiscreta actionis facultas; eo quod etiã varia corporum ac morũ discrepantia parere consueuit dissidia in familiari conuersatione, eorum qui sub variis diuersarũ nationum institutis simul vitã ducunt. Nos ergo, qui ex iniuncto nobis Apostolico munere cum pace pascere tenemur & cupimus, non modò eos qui prope, verum etiam eos qui longè sunt, sollicitè mederi studentes praefatis Ecclesiis, eas firma Constitutione inter se componendo, quò mutua in Christo pace fruantur; satis opportunè consuluimus harum dissidia placida Constitutione sedare, Consistoriali nimirum deliberatione, seu iudicialis decisionis gladio ea dirimentes.

Cum igitur graues seditiosaeque contentiones, leuissimis iactatis obiectionibus per tumultuantes disputationes in infinitum vincendi studio procedentes, in vtraque parte sint oborta, De fratrum nostrorum consilio, & plenitudine Apostolicae potestatis, constitutis coram nobis dicto Germano Archiepiscopo, & reuerendis fratribus nostris Nicolao Soliae, Ioacim Carpasii, & Matthaeo Leucarum Episcopis Sedium Graecorũ: ac Leucosiae Archiepiscopi Procuratoribus, praesenti hac Constitutione decernimus, & pro vtriusque Ecclesiae pace super deductis, & alijs quę inter eos seditioso in posterum tumultu dissidii causam parere possent: Inuiolabiliter sancimus, in Insula Cypri in diaecesibus Latinorum Episcoporum & sub Leucosiae Metropoli quattuor tantùm constituendas esse Graecorum Pontificum Sedes, olim à praefato Albanensi Episcopo suis discretis locis; quoniam & in ea Insula etiam quattuor tantùm Latinorum Episcoporum dignoscuntur esse sedes.

Vnam

ξεων τῶν δικῶν, ἔδοξε ἐκτιταῖναι εἰς μῆκος τὰς
τῆς ὀχλήσεως διχονοίας, ὁ ῥηθεὶς ἀρχιεπίσκοπος
Γερμανὸς ἡμῖν καθικέτευσε ταπεινῶς, τοῦ μὴ το-
σαύταις μακρολογίαις παρελκεσθαι τῇ πτωχείᾳ
τῆς τῶν Γραικῶν ἐκκλησίας καὶ τοσαύταις τῶν δυ-
σκολίαις προσφέρεσθαι· βουλόμενοι τὴν κατάστα-
σιν αὐτῆς καὶ εἰρήνην, ὀφείλομεν εἰρηνικῇ διατάξει
ἀποστολικῆς καταστάσεως προμηθεῖσθαι ἐπάγειν·
δι' ἧς καταστηρίσουσι τῶν ὀχλούντων οἱ λογισμοί,
καὶ ὑπὸ ὑποταγῇ τῆς τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίας οἱ 10
προρρηθέντες Γραικοὶ ζωὴν ἄξουσι μετὰ τῶν Λατί-
νων εἰρηνικήν· οὐδὲν θαυμαστὸν τὸ λοιπὸν ἔθνος
τῶν Λατίνων καὶ Γραικῶν τῆς ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς
Κύπρου ἐκ διαφόρων ὀχλήσεων σαλευομένης,
ταραχῇ κυμαίνεσθαι· ἐξαίρεται, καθὼς διακεί-
νομεν ὃ ἐπέφερε τὴν ὑπόθεσιν, τὸ ἀσυμπέρα-
στον τῆς οἰκειώσεως περὶ τὴν τοῦ τέλους τάξιν ἕνεκα
τούτου, ὅτι ὡς ἡ διαφορὰ τῶν σωμάτων, καὶ ἡ τῶν
ἠθῶν ἀσυμφωνία, εἰώθασι γεννᾶν διχονοίας ἐν τῇ
ἀναστροφῇ τῶν ὁμοζώντων ὑπὸ ποικίλαις συνηθείαις
διατηρήσεων τῶν γενῶν· ἡμεῖς οὖν, οἱ, ἐκ τῆς
ἐπικειμένης ἡμῖν τῆς ἀποστολικῆς λειτουργίας ὀφεί-
λομεν καὶ ὀρεγόμεθα τοῖς τ' ἐγγὺς τοῖς τε μακρὰν
φάσκειν εἰρήνην, προσέχοντες ἐπιμελῶς θερα-
πεύειν, τὰς προλεχθείσας ἐκκλησίας βεβαίᾳ
τάξει διατιθέναι πρὸς ἀλλήλας, ἵνα ἀμοιβαίᾳ
ἐν Χριστῷ εὐφραίνεσθαι τῇ εἰρήνῃ. ἱκανωτέρως
προμηθευσόμεθα τὰς τούτων διαστάσεις ἡσύχου
διατάξεως καταπαύειν, ἀρίστῃ συμβουλῇ, ἢ κρι-
τικῆς ἐκκοπῆς μαχαίρᾳ διαπληροῦν.

Τοίνυν τῶν ὀχληρῶν φιλονεικιῶν ἔνθεν κἀκεῖ-
θεν τῶν λεπτοτάτων ἀποφοραῖς, τῶν τε θο-
ρύβων τῶν διαλέξεων εἰς τὸ ἀπέραντον ἀεὶ προ-
βαινόντων· προστάττοντες τῇ τῶν ἡμετέρων ἀ-
δελφῶν βουλῇ καὶ τῷ πληρώματι τῆς ἀποστολικῆς
ἐξουσίας. ὄντων ἐνώπιον ἡμῶν τοῦ ῥηθέντος Γερ- 11
μανοῦ. τοῦ τῶν Γραικῶν ἀρχιεπισκόπου, καὶ τῶν ἀδελ-
φῶν ἡμῶν αἰδεσιμωτάτων Νικολάου Σωλέας, Ἰωακεὶμ
Καρπασίου Ματθαίου δὲ Λευκάρων τῶν τῶν Γραικῶν
θρόνων ἐπισκόπων, καὶ τῶν προρρηθέντων ἐπιτρό-
πων τοῦ τῆς Λευκωσίας ἀρχιεπισκόπου· τῇ παρούσῃ
διατάξει καθιστήσαμεν, καὶ κατασταθῆ δικαιοῖ,
ὑπὲρ εἰρήνης ἑκατέρας ἐκκλησίας ἐπὶ τοῖς προ-
βληθεῖσι καὶ ἑτέροις. ἃ δύναται ἐν ἐκείνοις εἰς ὕ-
στερον γεννᾶν ἀποστάσεως παρενοχλουμένην ὑπό-
θεσιν, ἀπαρεθεύστως τάττομεν, τὴν νῆσον Κύ-
πρου τῶν λοιπῶν ἐν τῶν ἐνορίαις τῶν Λατίνων ἐπισκό-
πων καὶ ὑπὸ τῇ τῆς Λευκωσίας μητροπόλει τέσ- 12
σαρας μόνον ἔχειν Γραικῶν ἀρχιερατικὰς καθέδρας,
πάλαι διὰ τοῦ προλεχθέντος Ἀλβανῶν ἐπισκόπου
ἰδίοις ἀποταχθείσας τόποις· ἐπεὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ
νήσῳ τέσσαρες μόνον διαγινώσκονται εἶναι θρόνοι

Λα-

Λατίνων ἐπισκόπων. μίαν μὲν ἀρχιερατικὴν καθέδραν τῶν Γραικῶν ἐκκλησίας ἐν τῇ Λευκοσίᾳ
14 παρὰ τῇ Σωλέᾳ· ἄλλην ἐν Πάφῳ παρὰ τῇ Αρ-
15 σινόῃ· τρίτην ἐν Αμμοχώστῳ παρὰ τῷ Καρπασίῳ·
16 καὶ τὴν τετάρτην ἐν Νεμεσῷ παρὰ τῷ Λευκαρᾷ
17 βουλόμεθα εἶναι. καὶ ἐκ τούτων κατονομάζεσθαι,
18 ὄνομά τε καὶ ἀξίαν ἀρχιερατικῆς λειτουργίας ἔχειν τοὺς ἀρχιερεῖς τοὺς ταύτας κανονικῶς διϊθύνοντας.

Πλὴν ὁσάκις ἑκάστη τῶν προλεχθεισῶν τῶν Γραικῶν καθέδρων σχολάζῃ ἐπισκόπῳ, ἕτερος ἐκ τῶν τοῦ αὐτοῦ θρόνου κληρικῶν, τοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπι-
21 κληθείσης χάριτος εἰς ἐπίσκοπον ψηφισθήτω· οὗ τινος ἐπικυρώσει τὴν ἐκλογὴν ὁ Λατῖνος ἀρχιερεὺς εἰς οὗ ἐνορίαν ὁ θρόνος ἐκεῖνος ἐστὶν, εἰ ταύτην εὑρήσει ἀπαρτιζομένην προσώπῳ σεμνῷ, κανονικῇ ἀξίᾳ, ὀρθῶς τεχθεῖσαν, καὶ οὐ δυσκόλως αὐτὸ ποιήσει διὰ τῶν Γραικῶν ἐπισκόπων τῶν πλησίον ἐνοριῶν, οὓς ἐπὶ τούτῳ ὁ αὐτὸς Λατῖνος καλέσει ἐπίσκοπος ἀπονέμαι χειροτονίας δῶρον. τὴν ἐπισκοπικὴν φροντίδα, τῶν μοναστηρίων, τῶν ἐκκλησιῶν, τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ρωμαίων τῶν ἐντὸς τῇ αὐτῇ πόλει καὶ ἐνορίᾳ τυγχανόντων, ἰδίᾳ ἀξίᾳ παραπεθεὶς αὐτῷ, καὶ λαμβανέτω παρ' αὐτοῦ ἐνόμοτον ὁμολογίαν ὑπακοῆς ἐν σχήματι τοιούτῳ.

Εγὼ Γερμανὸς ἐπίσκοπος Σωλέας τῆς τῆς Λευκοσίας ἐνορίας, ἐκ ταύτης τῆς ὥρας καὶ καθεξῆς πιστὸς ἔσομαι καὶ ὑπακούων τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ, τῇ ἁγίᾳ τε Ρώμης ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ κυρίῳ μου Οὔγκῳ ἀρχιεπισκόπῳ Λευκοσίας, τοῖς αὐτοῦ τε διαδόχοις κανονικῶς εἰσερχομένοις· οὐκ ἔσομαι ἐν βουλῇ, οὔτε ἐν ἔργῳ τοῦ ἀπολέσαι τὴν αὐτῶν ζωὴν, ἢ μέλος, ἢ κρατηθῆναι κακῇ κρατήσει. βουλὴν ἣν τις ἐμοὶ ἢ καθ' ἑαυτὸν ἢ διὰ μηνύσεως, ἢ διὰ γραμμάτων δηλώσει, εἰς αὐτῶν ζημίαν, οὐδενὶ φανερώσω. τὴν παπάτον τῆς Ρώμης ἐκκλησίας, καὶ τὸν ἀρχιερατισμὸν τῆς τῆς Λευκοσίας ἐκκλησίας, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας ἔσομαι ἀντιλαμβανόμενος καὶ κατέχων, φυλαττομένης τῆς ἐμῆς τάξεως, κατὰ πάντων ἀνθρώπων. κληθεὶς εἰς σύνοδον ἥξω, εἰ μὴ ἐμποδισθῶ κανονικῷ ἐμποδισμῷ. τὸν δικαῖον τῆς ἀποστολικῆς ἕδρας, ὃν ἀληθῶς γνώσω, ἐρχόμενον καὶ ἀποστρέφοντα τιμήσω, καὶ ταῖς αὐτοῦ χρείαις ἐπαρκέσω· οὕτως θεός μοι βοηθήσει, καὶ ταῦτα τὰ τοῦ Θεοῦ ἅγια εὐαγγέλια.

Καὶ τοῦτο τὸ σχῆμα παρὰ τῶν τῶν Ρωμαίων ἐπισκόπων τῆς αὐτοῦ ἐνορίας λαμβανέτω ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας ἕκαστος Λατῖνος ἐπίσκοπος τῆς νήσου Κύπρου.

Κἂν δὲ ἐκείνην τὴν ἐκλογὴν γνωρίσῃ ὁ Λατῖνος ἐπίσκοπος ἀκυρωθῆσαι, ἐπιχειρήτω τῇ καθαιρέσει, καθὼς ἐπιχειρητέον ἐστὶν εὐλόγως.

Vnam quidem pontificiam Sedem Ecclesiæ Græcorum apud Soliam in Leucosia. Alteram apud Arsinöem in Papho. Tertiam apud Carpasium in Famaugusta. Quartam apud Leucaras in Nemeso esse volumus, & ex his Vrbibus sedes esse vocandas: Ac Pontifices qui has canonicè regent Ecclesias nomen, & auctoritatem Pontificij muneris habere.

Quoties autem quæuis prædictarum sedium Græcorum vacare contigerit, suo orbata Episcopo, alius ex eadẽ sede Clericus, inuocata S. Spiritus gratia per suffragia eligatur in episcopũ cuius sanè electionem, is Latinus confirmabit Episcopus in cuius diœcesi sedes illa est: modò inuenerit auctoritate canonica, riteque ordinata peractam electionem personæ morum grauitate venerandæ Ac sine vlla mora efficiet vt à Græcis vicinarũ diœcesum Episcopis, quos ea de causa idem latinus vocabit Episcopus, consecrationis gratia ei conferatur. Episcopalem curam Monasteriorum, Ecclesiarum, Cleri, Populi in ea ciuitate & diœcesi consistentium propria auctoritate ei tradet, & præscriptam ab eo recipiet Obedientiæ confessionem in hac forma.

Ego Germanus Episcopus Soliæ diœcesis Leucosiæ ex hac hora, & deinceps ero fidelis, & obediens sancto Petro, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, & domino meo Hugoni Archiepiscopo Leucosiæ, eiusque successoribus canonicè intrantibus. Nõ ero in consilio, neque in facto ad perdendum vitam eorum, vel membrum, seu ad capiendum captione mala. Consilium quod mihi per se ipsum vel per nuntium, vel per litteras credituri erunt, ad damnum eorum nulli pandam. Papatus Romanæ Ecclesiæ, & Archiepiscopatus Leucosiæ Ecclesiæ, ac canonum sanctorũ Patrũ ero defensor & custos, saluo ordine meo, contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam, nisi canonico fuero præpeditus impedimento. Legatum Apostolicæ Sedis, quem certum esse cognouero, venientem ac remeantem honorificè tractabo, & in necessitatibus adiuuabo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Et hanc Confessionis formam vnusquisque latinus Episcopus insulæ Cypri à Romæorum suæ diœcesi Episcopo pro se, suaque recipiat Ecclesia.

At si eam electionem irritam esse Latinus agnouerit Episcopus, ad depositionem procedat, eo modo, quo rationi congruum est esse procedendum.

Ad ordinandum autem Græcum Episcopum electum, vocati à Latino Pontifice qui eius sunt diœcesis Græci, sine vlla tergiuersatione, & mora ex debito præsentis Constitutionis & Ordinis, accurrant: & inuocationes, ac munia quæ consecrationi congruunt, explere teneantur.

Græcorum tamen deposito Episcoporum, vt & Translatio & Eiectio soli Romano Pontifici ob Apostolicam eminentiam peculiari reseruata est priuilegio, vt in illis non secus ac in ceteris Episcopis Pontificiæ dignitatis conditio seruetur, & eminentia. In nulla Græcorum Ecclesia suo orbata Pastore Latinus Episcopus Episcopum creare audeat. Nisi forte ij, qui Episcopum eligere tenentur, aliquem qui eam regat Ecclesiam eligere detrectauerint immoderata dilatione, trium nimirum mensium verè decurso tempore, iuxta Concilij generalis constitutiones. In quo sanè euentu potestas non sit Latino Episcopo alium quempiam in sede viduatæ Ecclesiæ constituere, nisi gentilem Græcum honori ac gradui tanto dignè respondentem.

Bona Ecclesiæ Græcorum suo orbatæ Episcopo, Oeconomus, & Capitulum eiusdem sedis futuro ex fide seruent Episcopo, eique postea tradant.

Cæterum Episcopi eius Insulæ canonicè in præfatis sedibus constituti, facultatem habeant leges constituendi Monasterijs, Ecclesijs, Clericis, & Laicis Græcorum sibi concreditis: eaque omnia quæ legitimo iure muneri dignitatis, vel Episcopali statui conuenire congnouerint, præcipiant. Latini Episcopi nihil horum prorsus sibi vsurpent, nisi in ijs tantùm causis, in quibus Metropolitæ legitimo iure datum est, erga eos qui suo sunt suffraganeo subiecti, iurisdictionem exercere.

Causæ quæ ad Ecclesiasticum spectant forum, si controuertantur inter Græcos, à suo eorum gentili iudicentur Pontifice. Si verò inter Latinum & Græcum, siue Græcus accusetur, ad Latinum loci Pontificem referantur iudicialiter dirimendæ: salua tamen Apostolicæ sedis prærogatiua, cuius opem vexati omnes immediatè possunt implorare. Si ab Episcopo græco aliqua instituatur accusatio aduersus Latinum Episcopum in ea diœcesi in qua Græcus est Episcopus, inde cum necessitas postulauerit ad Leucosiæ recurratur Archiepiscopum.

Præsenti hac Constitutione sancimus, vt in Ciui-

Τὸν δὲ Γραικὸν ἐπίσκοπον εἰς χειροτονίαν ἐκλεχθέντα, παρὰ τοῦ Λατίνου ἀρχιερέως οἱ τῆς αὐτοῦ ἐνορίας Γραικοὶ κληθέντες, ἄνευ χρονισμοῦ, διαστάσεως ἀπὸ χρέους τῆς παρούσης καταστάσεως καὶ διατάξεως συνελθεῖν· καὶ ἀνακλήσεις καὶ τὰ δῶρα τὰ ἀνήκοντα τῇ χειροτονίᾳ πληροῦν ἐνέχονται.

Πλὴν ἡ τῶν Γραικῶν ἐπισκόπων καθαίρεσις, 18
ὡς καὶ ἡ μετάθεσις, καὶ ἡ ἔκστασις, μόνῳ τῷ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῖ κατὰ τὴν ἐξοχὴν τὴν ἀποστολικὴν, ἰδίῳ φυλαχθῇ προνομίῳ, ὅπως ἐν ἐκείνοις, ὡς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις ἡ τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας κατάστασις καὶ ὑπεροχὴ φυλαχθείη.

Ὁποία δέ τις ἐκκλησία Γραικῶν ἀπορήσῃ ποιμένος, ὁ Λατῖνος ἐπίσκοπος ποιεῖν ἐπὶ ταύτῃ ἐπίσκοπον οὐ τολμήσῃ, εἰ μήπως ἀμελούντων τῶν ὀφειλόντων παρελευσίᾳ τῇ φορᾷ ταύτῃ τοῦ διατάττειν τινὰ εἰς τὸ τῆς
αὐτῆς ἐκκλησίας ποιμαίνειν, κατὰ τὰς διατάξεις τῆς γε- 19
νικῆς συνόδου, γεγονυίας διαδρομῆς τριμηναίου χρόνου ἐπ' ἀληθείας· ἐν τῷ δὲ μὴ ἐχέτω ἄδειαν ὁ Λατῖνος ἐπίσκοπος τοῦ καθιστᾶν τῇ χηρευούσῃ ἐκκλησίᾳ εἰ μὴ ἢ σῶμα Γραικὸν, καὶ τιμῆς καὶ βαθμοῦ τοσαύτης ἀξίως συμφωνοῦντα.

Τῆς δὲ Γραικῶν ἐκκλησίας ἀπορούσης ἐπισκόπου, τὰ αὐτῆς ἀγαθὰ ὁ οἰκονόμος, καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς αὐτῆς καθέδρας τῷ μέλλοντι ἐπισκόπῳ φυλαξάτωσαν πιστῶς, καὶ ἐπισφραγιζέσθωσαν τῷ μέλλοντι ἐπισκόπῳ.

Τοῦ λοιποῦ οἱ ἐπίσκοποι τῆς αὐτῆς νήσου κανονικῶς ταχθέντες ἐν τοῖς προειληφθεῖσι τῶν Γραικῶν θρόνοις ἐχέτωσαν τὰ τέλη ἐν μοναστηρίοις, ἐκκλησίαις, κληρικοῖς, καὶ λαϊκοῖς Γραικῶν, αὐτοῖς ἐμπιστευμένοις καὶ ποιείτωσαν πάντα ἃ διαγινώσκονται τῇ λειτουργίᾳ τῆς ἀξίας, ἢ καὶ ἐπισκοπικῆς τάξεως ἀνήκειν νομίμῳ δικαίῳ· ἐξ ὧν οἱ Λατῖνοι ἐπίσκοποι παντελῶς ἐκείνων μόνων τῶν αἰτιῶν, ἐν οἷς ὁ μητροπολίτης ἐκ νομίμου δικαίου δύναται δικαιοδοσίαν ἐξασκεῖν εἰς τοὺς τοῦ συνεδρίου αὐτοῦ ὑποτεταγμένους, μηδὲν ἁρπαζέτωσαν.

Αἱ δὲ αἰτίαι αἱ ἀνήκουσαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ συλλογῇ, εἰ ἀποστραφῶσιν ἐν τοῖς Γραικοῖς εἰς τὸν αὐτῶν σύμφυλον ἀρχιερέα κρινέσθωσαν· ἐὰν δὲ εἰς Λατῖνον καὶ Γραικὸν, εἴτε ὁ Γραικὸς ἐγκαλεῖται, εἰς τὸν Λατῖνον τοῦ τόπου ἀρχιερέα, ἀναφερέσθωσαν κριτικῶς διαχωριζόμεναι. πλὴν σωζομένης τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπεροχῆς, πρὸς ἧς βοήθειαν πάντες οἱ θλιβόμενοι δύνανται ἀμέσως ἐπαναστρέφειν. εἰ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Γραικοῦ γίνεταί τις ἔγκλησις κατὰ τοῦ Λατίνου ἐπισκόπου εἰς οὗ ἐνορίαν ὁ αὐτὸς τυγχάνει Γραικὸς ἐπίσκοπος εἴη χρεία, ἐντεῦθεν ἀνατρεχέτω καὶ πρὸς τὸν τῆς Λευκωσίας ἀρχιεπίσκοπον.

Τῇ παρούσῃ τῇ διατάξει θεσπίζομεν, ἵνα ἐν τῇ

τῇ πόλει, ἢ ἐν τῇ ἐνορίᾳ τοῦ Λατίνου ἀρχιερέως, χωρὶς τῆς διατριβῆς τῆς ἐπισκοπῆς τῶν Γραικῶν καθέδρας, μεθ' οὗ τὸ ἀκροατήριον τοῦ ἐνόχου ἢ τοῦ δικαίου, εἴ τιν' ἔχει ὁ Γραικὸς ἐπίσκοπος, τὸ αὐτὸ καὶ ἓν διαγινώσκηται, καὶ μηδὲν ἄλλο εἶναι κριτήριον δικαιοδοσίας διατεταγμένως ἐν τοῖς Γραικοῖς· εἰ μήπως ἔν τινι ἐκκλησίᾳ Γραικῶν τοῦ τοιούτου ῥηγάτου ἢ ἀρχιδιακονικῇ, ἢ ἄλλῃ ἐξουσίᾳ ἐμπλεγμένον ἔχουσα τεταγμένως κριτήριον ἀκοῆς ἐξ ἀρχῆς, ἐξ οὗ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας πρὸς Γραικὸν ἐπίσκοπον, καὶ ἐντεῦθεν κατὰ βαθμὸν οἱ αὐτοῦ ὑποτεταγμένοι ὁπόταν τούτων τι ἔσεται προσκαλέσωσι.

Τῷ ἀρχιεπισκόπῳ μέντοι καὶ τοῖς Λατίνοις ἐπισκόποις ὑπὲρ πταισμάτων, ἢ ἀδικιῶν, καὶ τῶν αὐτῶν δικαίων, τῶν ἐκκλησιῶν τε αὐτῶν ἐπιμελέστερον κανονικῶς ἐν τοῖς Γραικοῖς τῶν αὐτῶν πόλεων ἢ ἐνοριῶν, ἐν ἐκείνοις τοῖς συμβάμασι προσεῖναι βουλόμεθα τὴν ἐξουσίαν ἐν οἷς αὐτοῖς ἐκ δικαίου προσεῖναι τοῖς Λατίνοις.

Πρὸς τὴν σύνοδον δὲ τοῦ Λατίνου ἐπισκόπου ὁ Ρωμαῖος ἐπίσκοπος ἐν τῇ αὐτοῦ ἐνορίᾳ τὸν θρόνον αὐτοῦ ἔχων, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μετὰ τῶν ἡγουμένων καὶ τῶν ἱερέων αὐτοῦ τῶν τὴν φροντίδα τῶν ψυχῶν ἐχόντων κρατεῖται ἐντιμικῶς συντρέχειν· καὶ τὰ συνοδικὰ τύπου θεσπίσματα· ἃ μέντοι τοῖς τῶν Γραικῶν ἔθεσι μὴ ἐναντίοις τῇ καθολικῇ πίστει, καὶ ἐκ τῆς Γραικῶν ἐκκλησίας ἀρχομένοις μὴ ἀντιβαίνουσι, λαμβάνειν τε καὶ φυλάττειν· ἵνα δὲ μὴ οἱ ῥηθέντες Γραικοὶ ἐπίσκοποι βαρύνωνται βάρει διπλῷ ἐν τῷ διὰ τούτοις ἔρχεσθαι ἐκ τῆς τοιαύτης διατάξεως ὀφείλειν, καὶ εἰς τὰς ἐπισκοπικὰς συνόδους τῶν ἀρχιερέων Λατίνων τούτους ἔρχεσθαι, εἰς τὴν τῆς ἐπαρχίας σύνοδον ταττόμεθα οὐκ ἀναγκαζομένους. Ἐν ταῖς ἐπιτηρήσεσι μέντοι τῶν Γραικῶν ἐπισκόπων, ἢ τῶν αὐτοῖς ὑποτεταγμένων ἐκείνην βουλόμεθα ἔχειν τοὺς Λατίνους ἀρχιερεῖς ἐν ταῖς ἰδίαις πόλεσι καὶ ἐνορίαις τὴν ἐξουσίαν, ἣν τῷ μητροπολίτῃ ἐν ταῖς ἐπιτηρήσεσι τῶν αὐτοῦ συνεργῶν καὶ τῶν αὐτοῦ ὑπηκόων παραχωροῦσι τὰ κανονικὰ θεσπίσματα. Τῷ ἀρχιεπισκόπῳ μέντοι καὶ τοῖς Λατίνοις ἐπισκόποις, ὅταν ταύτας τὰς ἐνορίας τὰς περὶ τοὺς Γραικούς, μετὰ τοῦ τῆς ἐνορίας δικαίου ἐπισκέπτωνται, τὸ αὐτὸ ἐν ταῖς ἀπαιτουμέναις ἐπιτροπαῖς ἀπαγγέλλομεν τῆς δικαιοσύνης μέτρον, τὸν τοῦ αὐτοῦ ἀρχιεπίσκοπον πέντε μόνον, τὸν τῆς Πάφου τέσσαρας, τὸν Ἀμμοχώστου τρεῖς, καὶ τὸν τῆς Νεμεσοῦ ὁμοίως τρεῖς, ἃ δὴ ἀπὸ τῶν Γραικῶν τῆς αὐτοῦ ἐνορίας καὶ τῆς τούτου ἐπιτροπῆς λαμβανέτωσαν κατ' ἔτος, ὧν ἑκάστη κεφάλαιον τριάκοντα σόλιδος
20 τουρνεσίων, ἢ τοσαῦτα Βυζάντια τὰ μὴ περιττεύοντα, πλὴν ἐξισούμενα τούτῳ τῷ ποσῷ. πλὴν καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐπιτροπῶν τῶν ὀφειλομένων ἐπισκέψεως χάριν κατανοουμένης τῆς πτωχείας τῶν

Ρωμαίων

Ciuitate vel diœcesi in qua Audientiæ forum Actoris, vel Rei est Latini Pontificis, extra locum in quo Episcopalis Græcorum constituta sedes est, si quid Græcus habet Episcopus, ab eo vno eodemque foro cognoscendum esse, nec aliud quodpiam legitimum esse tribunal iurisdicendi Græcis; nisi fortè in aliqua Græcorum ecclesia eiusdem Regni vel Archidiaconali, vel alia potestate rite à principio exemptum Audientiæ forum exstiterit, à quo ab ea ecclesia ad Græcum Episcopum, & hinc gradatim qui in eius sunt ditione, quotiescumq. his aliquid contigerit, se appellauerit. Archiepiscopo, & Episcopis Latinis ad canonicè cognoscendum de criminibus vel iniurijs, & iuribus ipsis suarum ecclesiarum, in casibus illis potestatem in Græcos suarum Ciuitatum vel diœcesū esse volumus, in quibus de iure ipsis Latinis conuenit.

Ad Synodum Latini Episcopi Romæus qui in eius diœcesi sedem suam tenet Episcopus, ac pariter Abbates, eiusque sacerdotes animarum curam habentes, semel in anno expeditè accedant: & synodica decreta, quæ græcis quidem institutis catholicæ fidei non repugnantibus, & à græcis receptis Ecclesijs, non aduersantur, suscipere, & obseruare teneantur. Ne autem dicti Episcopi græci ex huius obseruatione Constitutionis, qua ad Episcopales etiam synodos Latinorum pontificum accedere coguntur, duplici grauentur onere, statuimus ad diœcesanam synodum eos non esse cogendos.

In puniendis verò Græcis Episcopis, vel in eorum ditione constitutis, volumus Latinos Pontifices in suis ciuitatibus, & diœcesibus eam habere auctoritatem, quam Metropolitæ in puniendis suis suffraganeis, sibique subiectis canonum concedunt decreta.

Quando Archiepiscopus, & Episcopi Latini eas diœceses, in quibus Græci consistunt, cum diœcesano Vicario iure visitauerint, hac seruata iustitiæ mensura pecunias à parochijs exigendas esse pronuntiamus: nimirum ipse Archiepiscopus à quinque tantùm parochijs exiget. Paphi Episcopus à quatuor. Famaaugustæ à tribus, & Nemesi similiter à tribus. Eam autem pecuniam à Græcis suæ diœcesis, & parochiæ singulis accipiant annis. Singulæ verò parochiæ summam præbeant triginta solidorum tornesiorum, siue totidem Byzantios, qui non exuperent, sed eam exæquent quotam. Licèt sane parochiarū numerū quæ ratione visitationis soluere tenētur,

atten-

attenta Romæorum paupertate ex miſericordi prouiſione ita mediocrẽ eſſe decreuerimus. Quoniam verò Latinis quidem Epiſcopis ſuarum eccleſiarum bona ideo tradita ſunt, vt in ipſis debitum miniſterij eorum munus integrè cum neceſſe fuerit, explere valeant.

Si neceſſitas orthodoxæ fidei, vel obedientiæ promptitudo quæ Romanæ debetur eccleſiæ, vel morum diſciplina poſtulauerit, pluries ipſos Græcos eſſe viſitandos; Volumus, quò ſine vllo Latinorum grauamine viſitationis munus exequatur, Græcos ipſos quidquid Viſitationi debetur ſuis ſumptibus perſoluere.

Quando verò canonum conſtitutiones ipſis Epiſcopis viſitationis munus iniungunt, tunc opus eſt, vt Latini ipſi ſuis impenſis munus obeant, cùm etiã Apoſtolus Paulus noſtri ſtatus exemplar, aliquoties victũ ſibi ipſi ſuarũ labore manuũ cõparauerit, ne grauis foret ijs quibus Euãgeliũ prædicabat, qui cũ Doctori neceſſarios ſubminiſtrare sũptus detrectaſſent, eo ipſo impediebãt ne prædicationis myſteriũ propagaretur.

Vt autem breuiter quod æquum & iuſtum eſt præcipiamus: Habeant Latinorum eccleſiæ in præfata Inſula decimas: & obtenta iam conſuetudo exigendi eiuſmodi decimas per Pontifices & clericos Latinorum, exequutioni deinceps mandetur. Quocirca cum in hac parte ſeruandam eſſe conſuetudinem aſſeramus, nemo eorum exiſtimet ſe inmunem à ſolutione decimarum, iure canonico & diuino debitarum.

Quamuis itaq. & Græcorum eccleſia Regni Cypri ex hac Conſtitutione non ſit deinceps quidẽ habitura Metropolitã ſuæ Gentis; Volumus tamẽ eiuſmodi Germanum Græcorũ Archiepiſcopum quò ad vixerit, nomine & honore dignitatis Archiepiſcopalis frui. Quam ob cauſam, & eum vſque ad mortem à poteſtate & ditione Leucoſiæ Archiepiſcopi immunem prorſus eſſe volumus & decernimus: ac præcipimus vt defuncto eiuſmodi Germano nullus alius Græcus Archiepiſcopus in præfato conſtituatur Regno. Verùm ne eiuſmodi Archiepiſcopus Germanus palabundus oberret nullo ſuo acceptus throno, præfatum Epiſcopum ſedis Græcorum Soliæ, diœceſis Leucoſiæ, à ſuo quo tenetur eccleſiæ vinculo ſoluimus, & ad Epiſcopalem ſedem Arſinöes diœceſis Paphi vacantem Apoſtolicæ poteſtatis auctoritate, ac præfatorum fratrum noſtrorum conſilio transferimus, eique poteſtatem facimus liberè progrediendi ad ſuam eam ſedem. Præfato verò Germano Archiepiſcopo prædictam

Ῥωμαίων διεκείνομεν ἐλέους προμηθείᾳ ἤπως μετριοποιῆσαι, ἐπεὶ μέν τοι τοῖς Λατίνοις ἐπισκόποις πρὸς τοῦτο εἰσὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν ἀγαθὰ παρακεχωρημένα, τὸ ἐν ἐκείνοις περὶ τὸ χρέος τῆς αὐτῶν ὑπουργίας, ἀνελλιπῶς ἰσχύειν τὰ τῆς χρείας πληροῦν.

Θέλομεν, εἰ ἡ χρεία τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἢ τὸ ἄοκνον τῆς ὑπακοῆς τῆς ὀφειλομένης τῇ τῆς Ῥώμης ἐκκλησίᾳ, ἢ ἡ τῶν ἠθῶν ἀπαιτήσει παίδευσις τοῦ ἐπισκέπτεσθαι τοὺς αὐτοὺς Γραικοὺς πολλάκις, ἀποτίνειν αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο περὶ αὐτοὺς ἄνευ τινὸς βάρους ἐκείνων τὸ τῆς ἐπισκέψεως χρέος ἰδίαις δαπάναις.

Ὅταν μέν τοι αὐτοῖς αἱ τῶν ἁγίων διατάξεις κανόνων τοῦτο ἐπιτρέπουσιν, ὀφείλουσι διαχορηγεῖν. ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀπόστολος Παῦλος τὸ πρὸς ὑπόδειγμα τῆς ἡμετέρας καταστάσεως ἐνίοτε ἑαυτοῦ τὴν ζωὴν τῷ τῶν χειρῶν κόπῳ ἐκτήσατο, τοῦ μὴ φορτικὸς εἶναι τοῖς οἷς ἐκήρυττε τὸ εὐαγγέλιον· οἵ τινες κατοκνήσαντες ἐπιχορηγεῖν τῷ διδασκάλῳ δαπάνην, κατὰ τοῦτο τοῦ τῆς χορηγίας στερηθῶσι μυστηρίου.

Ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ τὸ ἀνῆκον δίκαιον τοῦ καλεῖν τὰς δεκατείας ἐν τῇ προλεχθείσῃ νήσῳ ἐχέτωσαν αἱ τῶν Λατίνων ἐκκλησίαι, καὶ ἡ συνήθεια ἡ παρακεκρατημένη εἰς τὴν τῶν τοιούτων δεκατειῶν λῆψιν ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν κληρικῶν τῶν Λατίνων, εἰς τὸ ἑξῆς διαπραττομένη φυλαττέσθω. διὰ τοῦτο μέν τοι ὅτι ἐν τούτῳ τῷ μέρει λέγομεν φυλακτέον τὸ ἔθος, μή τις αὐτῶν νομιζέτω εἶναι ὑπεξῃρημένον τῆς τῶν δεκατειῶν λύσεως τῶν ὀφειλομένων κανονικῷ καὶ θείῳ δικαίῳ.

Τοίνυν κἂν καὶ ἡ τῶν Γραικῶν ἐκκλησία τῆς τῆς Κύπρου ῥηγάτου κατὰ ταύτην τὴν τάξιν οὐχ ἕξει δὲ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα μητροπολίτην τοῦ αὐτῆς ἔθνους· θέλομεν μέν τοι τὸν τοιοῦτον Γερμανὸν τὸν τῶν Γραικῶν ἀρχιεπίσκοπον μέχρις οὗ ζῇ τῷ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς ἀξίας ὀνόματι καὶ τιμῇ χρῆσθαι· οὗ ἕνεκεν καὶ τὸν τοιοῦτον μέχρι τελευτῆς κωλύομεν ὑπὸ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ τῆς Λευκοσίας ἀρχιεπισκόπου παντελῶς εἶναι. καὶ παραγγέλλομεν ὡς τελευτήσαντος τοῦ τοιούτου Γερμανοῦ, τοῦ μή τιν' ἕτερον ἀρχιεπίσκοπον Γραικὸν ταχθῆναι ἐν τῷ προλεχθέντι ῥηγάτῳ· πλὴν τοῦ μὴ τὸν τοιοῦτον ἀρχιεπίσκοπον Γερμανὸν περιφέρεσθαι μὴ ἐγνωσμένου τοῦ θρόνου αὐτοῦ, τὸν προλεχθέντα ἐπίσκοπον τῆς τῶν Γραικῶν καθέδρας τῆς ἐν τῇ Σωλέᾳ τῆς Λευκοσίας ἐνορίας ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τοῦ κρατημένου τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ, λύομεν αὐτὸν, πρὸς τὸν ἐπισκοπικὸν θρόνον τὸν Ἀρσινοῦ τὸν τῆς Πάφου ἐνορίας σχολάζοντα τῇ τῆς ἀποστολικῆς ἐξουσίας αὐθεντίᾳ καὶ τῇ βουλῇ τῶν προρρηθέντων ἀδελφῶν. καὶ μεταφέρομεν καὶ δίδομεν αὐτῷ ἐξουσίαν τοῦ διέρχεσθαι ἐλευθέρως εἰς τὸν αὐτὸν θρόνον. τῷ προρρηθέντι δὲ Γερμανῷ ἀρχιεπισκόπῳ τὰς ῥηθείσας,

σαις, τὸν θρόνον καὶ τὴν τῆς Σωλείας ἐκκλησίαν ἐν πνευματικοῖς, καὶ ἐν καιρικοῖς κατὰ τὴν τούτων βουλὴν καὶ ἐξουσίαν παρατιθέμεθα, παρ' αὐτοῦ κρατηθησόμενα αὐτῇ τῇ τιμῇ ἀεὶ καὶ τῷ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς ἀξίας ὀνόματι, ἐπισκοπικῶς ποιμαινόμενα· οὕτως μέν τοι τοῦ εἶναι αὐτὸν ἐλεύθερον ἢ ἐν τῷ ῥηθέντι θρόνῳ τῆς Σωλείας, ἢ παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν Γραικῶν τοῦ ἁγίου Βαρνάβα τῆς Λευκωσίας, ἣν εἰς τὸν ἐπίσκοπον τοῦ αὐτοῦ θρόνου ἐκ τῆς τοιαύτης εὐεργεσίας τῆς ἡμετέρας διατάξεως, καθήκειν εἰς τὸ διηνεκὲς βουλόμεθα, καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν κατοικεῖν.

Αὐτοῦ δὲ τοῦ ἀρχιεπισκόπου θανόντος, ἐν τῷ τῆς Σωλείας θρόνῳ ὁσάκις αὐτὴ χηρεύσῃ, ὁ ἁπλοῦς μόνον τοῦ τῶν Γραικῶν ἔθνους ἐπίσκοπος χειροτονείσθω· ὃς τῷ τῆς Λευκωσίας ἐπισκόπῳ τῷ αὐτῷ τρόπῳ, ᾧ καὶ οἱ ἄλλοι Γραικοὶ ἐπίσκοποι ὀφείλουσιν ὑποκεῖσθαι τοῖς Λατίνοις ἐπισκόποις, κατὰ τὴν περίνοιαν τῆς παρούσης διατάξεως ὑποταττέσθω.

Τὸν αὐτὸν μέν τοι Γερμανὸν τὸν τῶν Γραικῶν ἐπίσκοπον, εἰς μοναστήρια, ἐκκλησίας, κλῆρον, καὶ λαὸν τῶν Γραικῶν τῆς πόλεως Λευκωσίας καὶ ἐνορίας βουλόμεθα ἔχειν ἐκείνην τὴν ἐξουσίαν τὴν προηγορουμένην τῷ ἐμπιστευθέντι θρόνῳ αὐτοῦ, ἣν οἱ ἄλλοι τῶν Γραικῶν ἐπίσκοποι τοῦ τῆς Κύπρου ῥηγάτου ἐκ τῆς τοιαύτης προμηθείας εἰς τοὺς Γραικοὺς τοὺς αὐτοῖς ὑποτεταγμένους ἐπικρατοῦσιν.

Τοῦ λοιποῦ, αὐτῷ τῷ τῶν Γραικῶν ἀρχιεπισκόπῳ ζῶντι, ἢ τὴν τῆς ἀρχιεπισκοπῆς ἀξίας λειτουργίαν παρακατέχοντι, αὐτοῦ δὲ τοῦ ἀρχιεπισκόπου καὶ τῶν ἐπισκόπων τῶν Λατίνων ἐπὶ τοῖς Γραικοῖς περὶ τὴν ἐξακολούθησιν τῶν ἀρχιεπισκοπικῶν δικαίων ἐξουσία, τοῦ ἀνακινεῖν τῆς διενέξεως ὕλην, ἀφελκέσθω.

Τάττομεν τοίνυν καὶ θεσπίζομεν τοῦ τὸν αὐτὸν ἀρχιεπίσκοπον τῶν Γραικῶν Γερμανὸν, ἕως ἂν ζῇ, ἐκ τῆς καταστάσεως τῆς τοιαύτης διαταγῆς ἄνευ ἀντιλογίας τῶν Λατίνων ἀρχιερέων ἐλεύθερος, ὅταν μέν τοι κανονικῶς τοὺς Γραικοὺς τοὺς ἐκλεχθέντας τῇ Κύπρῳ καθεξῆς χειροτονητέους εἰς ἐπισκόπους, καὶ ἀπὸ τῶν Λατίνων ἀρχιερέων, εἰς ὧν παροικίας εἰσὶν ἐπισφραγιζομένους, ἀδείᾳ μητροπολιτικῇ, πρὸς τὰς ἱερὰς τάξεις προβιβαζομένους, χειροτονείτω. τοὺς δὲ ἄλλους τοῦ αὐτοῦ ῥηγάτου Γραικοὺς ἐπισκόπους συγκαλείτω πρὸς τὸ τῆς τοιαύτης χειροτονίας μυστήριον τελεῖν. καὶ περὶ πάντας τοὺς Γραικοὺς τοῦ αὐτοῦ ῥηγάτου τῇ αὐτῇ ἀδείᾳ ἀπονεμέτω τὴν τῆς ἐπισκέψεως λειτουργίαν ὅταν ἐκ τοῦ δικαίου ἐπινεμηθείη· καὶ ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπισκοπαῖς, ἢ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀνήκουσι λόγῳ ἐπισκοπῆς, ἣν μητροπολιτάτην οἱ θεῖοι κανόνες παραχωροῦσιν, ἐχέτω πληρεξουσίαν· καὶ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἀρχιεπισκόπου τούτων ἀρχέτω. εἰ γὰρ οἱ Λατῖνοι, πρὸς οὓς εἰσὶ ταῦτα καὶ ἄλλα

Γ δί-

dictam Soliæ sedem & ecclesiam in spiritualibus & temporalibus ex eorumdem consilio, eademque potestate deferimus, ab ipso semper cum suo retinendam honore, & Archiepiscopalis dignitatis nomine, & Episcopali auctoritate regendam. Ita vt in sua sit potestate & voluntate pro suo libitu incolere, vel dictam Soliæ sedem, vel degere apud Græcorum Ecclesiam S. Barnabæ Leucosiæ, quam ad Episcopum eius sedis ex præsentis nostræ huius Constitutionis beneficio perpetuò spectare volumus.

Eo autem Archiepiscopo defuncto sine vlla controuersia ad Soliæ sedem quoties suo fuerit orbata pastore, ex Græcorum dumtaxat gente Episcopus eligatur, qui Leucosiæ Episcopo eodem modo, quo & alij Episcopi Græci Latinis tenentur subesse Episcopis, ex præsentis tenore Constitutionis etiam ipse subsit.

Ipsum porrò Germanum Græcorum Episcopum ad Monasteria, Ecclesias, Clerum, & populū Græcorum Leucosiæ ciuitatis, & diœcesis regendum promouemus, ea potestate præditum in concredita sibi sede, quam alij Græcorum Episcopi Regni Cypri ex eiusmodi prouisione in Græcos sub eorum ditione constitutos obtinent.

Eo tandem Græcorum Archiepiscopo viuente, siue Archiepiscopalis dignitatis munere fungente ipsi quidem Archiepiscopo, & Episcopis Latinorum, vt excidendi materia dissidij tollatur, de Archiepiscopalibus consequendis iuribus supra Græcos ablata sit potestas.

Præcipimus igitur & mandamus vt ipse Græcorum Archiepiscopus Germanus, quo ad vixerit ex huius dispositione Constitutionis sine Latinorum controuersia Episcoporum, quotiescumq. Græci in Cypro canonicè fuerint electi vt postea ordinentur Episcopi, & à Latinis pontificibus in quorū sunt diœcesibus consignati, auctoritate Metropolitica ad sacros Ordines promouendi, eos liberè consecret. Alios verò eiusdem Regni Græcos Episcopos ad eiusmodi ordinationis sacramentum perficiendum aduocet: & in Græcos omnes eiusdem Regni eadem auctoritate Visitationis munus exerceat, quoties de iure exercendum erit. Et in istos Episcopatus, vel in eos qui ratione Episcopatus in eius sunt ditione, quam Metropoliticam diuini tradunt canones, plenariam eam habeat potestatem, eosq. in vita ipsius Archiepiscopi, regat. Si quidem Latini quorū hæc aliaque sunt iura, ex præsenti Constitutionis sanctione, post eiusmodi Archiepiscopi mortem,

C a

ea obtinebunt, Eo autem nolente nullatenus se ipsos ingerant. Salua in eiusmodi re, & in reliquis alijs casibus manēte potestate Leucosiæ Archiepiscopi, & Latinorum Episcoporum. Archiepiscopus tamen Græcus eam habeat potestatem, quam ipsi Leucosiæ Archiepiscopo ratione Metropolis, & alijs Latinis Episcopis ratione diœcesum, in Græcos omnes præfati Regni ex nostra dispositione hæc tradit Constitutio.

Dicto item Græcorum Archiepiscopo viuente, quemadmodum & deinceps, quoties in Romæos ciuitatis, & diœcesis Leucosiæ ius dicendum erit de criminibus, & alijs, sine præfato Archiepiscopo Germano, Latinus assidebit Archiepiscopus. Quæ iurisdictio Latinis alijs Episcopis præfati Regni per hanc Constitutionem in Episcopos, Clericos, aliosque Græcos earumdem ciuitatum, & diœcesum, tradita est. Quamuis & archiepiscopi Germani personam quousque vixerit in omnibus, & per omnia volumus immunem esse ab Archiepiscopi Latini potestate; tametsi ab ipso quidem præsenti Constitutionis incipiat obseruatio.

Idem ipse Germanus Archiep. concessæ sibi Soliæ sedis nomine, Latino Archiep. legitimam obedientiæ Professionem ex superius tradita forma, faciat. Ex eiusmodi autem Professione, & Obedientia nullam prorsus volumus Latinum Archiepiscopum habere potestatem puniendi ipsius Germani Archiepisc. personam aut quidquam ei præcipiendi in quouis vmquam casu; vt per singulare immunitatis priuilegium eius dumtaxat personæ ex hac Constitutione datum, sine vlla prorsus perturbatione vsque in finem quietam ipse tranquillamq. vitam ducat.

Quoties autem à præfato Germano Græcorū Archiepiscopo ad Latinum appellatum fuerit Archiepiscopum, teneat appellatio, saluo prælationis iure Apostolicæ sedis. Leucosiæ Archiepiscopus post dicti Germani Græcorum Archiepiscopi mortem, Græcos suæ Prouinciæ in Ciuitatibus vel diœcesibus suffraganeorum suorum degentes iure suæ Metropolis quod ei conuenire volumus, visitabit. Ab omnibus autem harum ciuitatum Græcis generatim in quauis ciuitate pro singulis Parochijs sumet singulis annis, vel summam sexaginta solidorum tornesiorum, vel totidem Byzātios non minoris, vel maioris valoris, nec amplius quidpiam.

Eamdem potestatem quam hisce præsentis Constitutionis decretis in iudicio latis tùm Græcis

δίκαιμα, κατὰ τὸ τῆς παρούσης διατάξεως θέσπισμα μετὰ τὸν θάνατον τοῦ τοιούτου ἀρχιεπισκόπου καθέξουσιν· αὐτοῦ δὲ μὴ θέλοντος μηδαμῶς ἐμβαλλέτωσαν ἑαυτοῖς· σωζομένης ἐν τοσούτῳ τῆς τοῦ Λευκοσίας ἀρχιεπισκόπου. καὶ τοῖς Λατίνοις ἐπισκόποις καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς συμβάσιν ἐξουσίας, ἀλλ' οὖν ὁ Γραικὸς ἀρχιεπίσκοπος ἐχέτω ἐξουσίαν, ἣν αὐτῷ τῷ τοῦ Λευκοσίας ἀρχιεπισκόπῳ λόγῳ μητροπόλεως, καὶ αὐτῶν εἰς τοῖς ἄλλοις ἐπισκόποις τοῖς Λατίνοις λόγῳ ἐνοριῶν περὶ πάντας τοὺς Γραικοὺς τοῦ προῤῥηθέντος ῥηγάτου τῆς ἡμετέρας διατάξεως δίδωσι τὸ κατάστημα· Πλὴν τοῦ ῥηθέντος ἀρχιεπισκόπου τῶν Γραικῶν ζῶντος, ὥσπερ καὶ μετέπειτα, ἑκάστην δικαιοδοσίαν καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τῆς πόλεως Λευκοσίας καὶ ἐνορίας χωρὶς τοῦ προλεχθέντος ἀρχιεπισκόπου Γερμανοῦ, ἐν ἐγκλήμασι καὶ ἄλλοις ὁ Λατῖνος ἀρχιεπίσκοπος παρακαθίσῃ. ἣ τοῖς ἄλλοις Λατίνοις ἐπισκόποις τοῦ προῤῥηθέντος ῥηγάτου διὰ ταύτης τῆς διατάξεως εἰς ἐπισκόπους, κληρικούς, καὶ τοὺς ἄλλους Γραικοὺς τῶν αὐτῶν πόλεων καὶ ἐνοριῶν παρακεχώρηται. κἂν καὶ τὸ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Γερμανοῦ πρόσωπον μέχρις οὗ τελευτήσῃ πάντα πᾶσιν ἐξῃρημένον εἶναι θέλομεν ἀπὸ τῆς τοῦ ἀρχιεπισκόπου τοῦ Λατίνου ἐξουσίας, ὅμως μὲν τι ἐν αὐτῷ ἡ φυλάξις τῆς παρούσης διατάξεως ἀρχέσθω.

Ο αὐτὸς Γερμανὸς ἀρχιεπίσκοπος ὀνόματι τῆς Σωλείας θρόνου τοῦ παρακεχωρημένου αὐτῷ τῷ Λατίνῳ ἀρχιεπισκόπῳ ἐνόματον ὁμολογίαν ποιησάτω ὑπακοῆς κατὰ τὸν ἐγνωσμένον τύπον ἄνωθεν. ἐκ τῆς ὁμολογίας δὲ καὶ ὑπακοῆς τοιαύτης τὸν Λατῖνον ἀρχιεπίσκοπον διανοεῖσθαι εἰς τὸ τοῦ τοιούτου Γερμανοῦ τοῦ ἀρχιεπισκόπου πρόσωπον ἢ ἐπιτάττειν τι αὐτῷ ἐν ὁποίᾳ δήποτε χρήσει οὐδὲ μίαν βουλόμεθα ἔχειν ἐξουσίαν, ἵνα παρακεχωρημένης μόνον ὑπεξαιρέσεως τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, ταύτῃ τῇ διατάξει ἐντελῶς καὶ ἀδιασείστως διάγῃ.

Εἴποτε δὲ ἀπὸ τοῦ προλεχθέντος Γερμανοῦ τοῦ τῶν Γραικῶν ἀρχιεπισκόπου ἐκκληθείη πρὸς τὸν Λατῖνον ἀρχιεπίσκοπον, σωζομένης τῆς προτιμήσεως τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, ἐγκαλείσθω· ὁ δὲ τῆς Λευκοσίας ἀρχιεπίσκοπος μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ῥηθέντος Γερμανοῦ τοῦ τῶν Γραικῶν ἀρχιεπισκόπου τοὺς Γραικοὺς τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ ἐνορίαις τῶν αὐτοῦ συνυφειμένων δικαίῳ τῆς αὐτοῦ μητροπόλεως, ὃ αὐτῷ θέλομεν ἀνήκειν ἐπισκέψεται. μίαν μὲν τοι ἐν ἑκάστῃ πόλει ἐνορίαν παρὰ πάντων τῶν Γραικῶν τούτων τῶν πόλεων κοινῶς κατ' ἐπιτροπήν, λαμβανέτω κατ' ἔτος ἢ ἑξήκοντα σόλιδος τυρνεσίων κεφάλαιον, ἢ τοσαῦτα Βυζάντια ταϊσόποσα τούτοις, μὴ πλέον.

Εκατέρων τοίνυν ἐξουσίαν, ἤτοι Λατίνων καὶ Γραικῶν ἀρχιερέων τοῦ τῆς Κύπρου ῥηγάτου διακεκρι-

κριτικοῖς τούτοις ὅροις τῆς ἡμετέρας διατάξεως, ὁμοίως καὶ τοῖς Σύροις τοῦ αὐτοῦ τὰ αὐτὰ μετὰ τῶν Γραικῶν ἔθη, καὶ ἤθη, κοινοῦ τι δικαίου ἀποφάσει ἀπό-τινος φυλάττωσιν, ἐπισφραγιζομένῃ τῇ τοῦ παρόντος θεσπίσματος αὐθεντίᾳ κελεύομεν.

τοῦ μηδ' ἱερέας τοὺς τῆς ἡμετέρας διατάξεως ὅρους τολμῆσαι παραβλάψαι. ἢ ἔτι μητροπόλεως, ἢ ἀντεξαιρέσεως αὐτοῖς λόγους διαζητεῖν. πλὴν ἐν Χριστῷ τῇ ἀληθεῖ πάντων εἰρήνῃ· ἑκάτεροι μέντοι πρὸς ἀλλήλους μέλη διὰ ὁμοψυχίας συμβιῶσιν καὶ τάξιν συνηθείας, γένοιντο τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἓν σῶμα. Ἀμήν.

Ἐδόθη Ἀναγνίᾳ διὰ χειρὸς τοῦ μαΐστορος Ἰορδάνου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Ῥώμης, κουβικουλαρίου καὶ νοταρίου τῇ ἐννάτῃ Ἰουλίου. ἰνδ. γ. ἔτει τοῦ κυρίου σαρκώσεως χιλιοστῷ διακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ, τοῦ τοῦ παπάτου ἀρχιερέως τοῦ τετάρτου πάπα Ἀλεξάνδρου πέμπτου ἔτους ἄγοντος.

cis tum Latinis Pontificibus Regni Cypri tradidimus, etiam decretam esse Syris eiusdem Regni, qui eisdem ac Græci præditi sunt moribus, & institutis, ex communi iuris sententia à cunctis obseruanda, consignata præsentis huius sanctionis auctoritate mandamus.

Nemo autem vtriusque partis huius nostræ Constitutionis decreta infringere audeat. Aut Metropolis, vel immunitatis rationes suas amplius disquirere: sed in Christo, qui est omnium pax vera, singuli inuicem membra per vnanimem concordiam, & eorumdem morum institutionē effecti, vnum efficiamur corpus eiusdem capitis. Amen.

Datum Anagniæ manu magistri Iordanis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cubicularij, & notarij die nona Iulij, indict. 3. Anno Incarnationis Domini. M CC LX. Pontificatus Alexandri Papæ IV. anno V.

Ἐγὼ Ἀλέξανδρος ἐκκλησίας ὑπέγρα- | Ἀναλάβε · εἰρήνῃ ἐν · ὁ ἅγιος Πέτρος · ὁ ἅγιος Παῦλος · Ἀλέξαν-δρος πάπα-τέ-ταρ-το-ς · ἐμέ · πασ αρχηρ | καθολικῆς ἐπίσκοπος ψα

Ἐγὼ Ὀττῶν ἐπίσκοπος | Τουσκουλάνου ὑπέγραψα

Ἐγὼ Στέφανος ἐπίσκοπος | πραινεστίνου ὑπέγραψα

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus sub scripsi.

Suscipe · In Pace. · SANCTVS PETRVS · SANCTVS PAVLVS · ALEXANDER PAPA IV. · Domine · secundum

Ego Ottho Episcopus Tusculanus subscripsi.

Ego Stephanus Episcopus Prænestinus subscripsi.

Αἱ τῶν Καρδιναλίων ὑπογραφαί.

22 Ἐγὼ ἀδελφὸς Ἰωάννης ὁ πρεσβύτερος καρδινάλιος τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου ἐν Λυκίνῃ ὑπέγραψα.

Ἐγὼ ἀδελφὸς Οὔγγος ἐπιγεγραμμένος πρεσβύτερος τῆς ἁγίας Σαβίνης καρδινάλιος ὑπέγραψα.

Ἐγὼ Ῥικάρδος τοῦ ἁγίου Ἀγγέλου διάκονος καρδινάλιος ὑπέγραψα.

Ἐγὼ Ὀκταβιανὸς ὁ τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας τῆς ἐν πλατείᾳ ὁδοῦ διάκονος καρδινάλιος ὑπέγραψα.

Ἐγὼ Ἰωάννης τοῦ ἁγίου Νικολάου ἐν τῇ φυλακῇ τυλλιανοῦ διάκονος καρδινάλιος ὑπέγραψα.

Ἐγὼ Ὀτομπόνος τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ διάκονος καρδινάλιος ὑπέγραψα.

CARDINALIVM SVBSCRIPTIONES.

Ego Frater Ioannes Sancti Laurentij in Lucina Presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Fr. Hugo suprascriptus presbyter sanctæ Sabinæ Cardinalis subscripsi.

Ego Riccardus sancti Angeli Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Octauianus sanctæ Dei genitricis Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Ioannes sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Ottbobonus sancti Adriani Diaconus Cardinalis subscripsi.

Καὶ γεγονυίας ἐπιμελοῦς τῆς παραθέσεως τοῦ τοιούτου μεταγράμματος πρὸς τὰ ἀρχαῖα γράμματα, ὁμολογοῦμεν τὸ τοιοῦτο μετάγραμμα ἀληθὲς εἶναι, καὶ τὴν ἀληθῆ περιείληφεν τῶν ἐξ ἀρχῆς γραμμάτων, ἰδόντες ἃ μετεγράφησαν ἐκ προσταγῆς καὶ θελήσεως ἡμετέρας. καὶ διακρίσεως ἐπιμελεστέρας, ἀπὸ τοῦ κάτωθεν γεγραμμένου νοταρίου, οὐδε-

Et diligenti facta collatione huius transumpti cum antiquo exemplari, fatemur hoc transumptum esse verum, ac veram comprehendere sententiam primi exemplaris, scientes, ea quæ descripta sunt ex nostro decreto & voluntate. & accurata discusione à

à subscripto Notario fuisse exarata, nihil addito, neque littera vel syllaba dempta, quæ minuat, vel mutet veritatis substantiam. Cui publico transumpto fidem in iudicio & extra haberi volumus non secus ac primo exemplari. In cuius rei testimonium, maioremque fidem præsens transumptum seu publicum instrumentum à præfatis veris exemplaribus descriptum, cum facultatis sigillo Procuratori Leucosiæ Ecclesiæ tradidimus. Scriptum Leucosiæ in aula Archiepiscopi anno ab Incarnatione Domini MCCXCVII. Indictione XV. die IV. Maij. Theobaldi publici Notarij calamo scriptum prædictum decretum à præfato domino Archiepiscopo viua vocis oraculo editum in ciuitate Leucosiæ in aula Archiepiscopi, ipso Archiepiscopo pro tribunali sedente coram iudiciariis testibus Adamo Carmeli, Magistro Thoma Iurisconsulto Sarephtano, Domino Cintino doctore Sacerdote, Domino Crispino Sacerdote & exarcho Ecclesiæ Leucosiæ . . . clia Alemanno exarcho, Magistro Baneto Viennēsi, Petro Rhegiensi Catholico notario, Nicolao Mutelario Catholico notario, Bernardo Risinij è Riualto domestico, & compluribus alijs testibus ad hoc specialiter vocatis.

Et ego Theobaldus Veronensis publicus notarius prædictum transumptum ex germanis exēplaribus Papæ iam exhibitis, quemadmodū reperi in originali ita in hoc transumpto de verbo ad verbū interpretās descripsi, ex mandato & iussu Domini Iudicis & Officialis vt supra dictū est, nihil addito vel detracto aut mutato de scripturæ substātia, nisi fortè ex incuria aliqua littera, vel syllaba inconsideratè oculos effugiens mutata fuerit, & nunc consueto meo sigillo obsignaui. Et diligenti facta collatione huius transumpti cum Originalibus litteris comprobatur hoc transumptum verum esse vereq. respondere exemplari scripto nobis exhibito, quod ex mandato, & voluntate nostra descriptum est, cum discussione Notarij inferius descripti. Testes autem horum fuere Domini, nimirum Erithlus Bernensis, Thomas Retemi caballarius, Magister Coraldus Anconitanus, magister Gulielmus Tempij aduocatus, Petrus Anselmi, & Gulielmus Lamperti ambo notarij publici. In cuius rei testimonium, maioremq. fidem, præfatus minister suo hoc firmauit

οὐδενὸς προστεθέντος, οὔτ' ἐλαττωθέντος γράμματος, ἢ συλλαβῆς τὸ ἐλαττοῦν ἢ ἀλλοιοῦν τῆς τῆς ἀληθείας ὑπόστασιν. ᾗ τινι μεταγραφῇ δημοσίᾳ πιστεύειν καὶ ἐν κρίσει καὶ ἐκτὸς βουλόμεθα ὥσπερ καὶ τοῖς κυρίοις γράμμασι. Εἰς οὖν πράγματος μαρτυρίαν καὶ πλειοτέραν πίστωσιν τὸ παρὸν μετάγραμμα, ἢ τὸ δημόσιον δικαίωμα, ληφθὲν ἀπὸ τῶν κυρίων γραμμάτων τῶν προλεχθέντων ἐπισφραγίσματι ἐνεργείας, τῷ ἐπιτρόπῳ τῆς ἐν Λευκοσίᾳ ἐκκλησίας παρέχομεν. Γέγραπται ἐν Λευκοσίᾳ ἐν τῇ τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐλῇ ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ασπζ' ἰνδ. ιε. μαΐῳ δ. τῷ τοῦ Θεοπάλδου κοινοῦ νοταρίου καλάμῳ γραφὲν τὸ προῤῥηθὲν πρόσταγμα ἀπὸ τοῦ προλεχθέντος κυροῦ ἀρχιεπισκόπου ἐμψύχου φωνῆς χρησμοδοτήματι ἐν τῇ πόλει Λευκοσίᾳ, ἐν τῇ τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐλῇ, αὐτοῦ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἐπὶ βήματος καθημένου ἐνώπιον τῶν δικαστικῶν Ἀδὰμ τοῦ ἀπὸ Καρμίλου. τοῦ μαΐστορος Θωμᾶ τοῦ νομοδιδασκάλου τοῦ ἀπὸ Σαραφθᾶ· τοῦ κυροῦ Κιντίνου διδασκάλου ἱερέως· κυροῦ Κρισπίνου ἱερέως καὶ ἐξάρχου τῆς τῆς Λευκοσίας ἐκκλησίας ..... κλιὰμ Ἀλεμάνου ἐξάρχου· μαΐστορος Βανέτου ἀπὸ Βιέννας· Πέτρου ἀπὸ τοῦ Ρηγίου καθολικοῦ νοταρίου· Νικολάου ἀπὸ τοῦ Μυτελαρίου καθολικοῦ νοταρίου· Μπερνάρδου Ρισίνου ἀπὸ Ριβάλτου οἰκειακοῦ· καὶ πλειόνων ἄλλων μαρτύρων εἰς τοῦτο κληθέντων ἰδίως.

Κἀγὼ Θεοπάλδος ἀπὸ Βερόνας δημόσιος νοτάριος τὸ προῤῥηθὲν μετάγραμμα ἐκ τῶν κυρίων τοῦ Πάπα γραμμάτων τῶν προεκτεθέντων καθὼς ἐν τῷ κυρίῳ εὗρον. οὕτως ἐν τούτῳ τῷ μεταγραφέντι ἀπὸ λόγου εἰς λόγον μετέγραψα ἐξ ἐπιτροπῆς καὶ προστάξεως τοῦ προῤῥηθέντος κυρίου δικαστοῦ καὶ ὀφφικιαλίου ὡς ἄνωθεν δεδήλωται· οὐδενὸς προστεθέντος, ἢ ἐκλειφθέντος ἐκ τῆς τῆς γραφῆς οὐσίας. εἰ μήπως γράμματος τινὸς ἢ συλλαβῆς χάριν ἀσυνοψίας, καὶ νῦν τῷ ἰδίῳ σφραγίσματι τῷ εἰθάδει ἐσφράγισα. καὶ γενομένης ἀκριβοῦς ἀντιπαραθέσεως τῆς τοιαύτης μεταγραφῆς ἀπὸ τῶν κυρίων γραμμάτων μαρτυρεῖται τοῦτο τὸ μετάγραμμα ἀληθὲς, καὶ τὸ ἀληθὲς περιειληφέναι τοῦ κυρίου ἐγγράφου ἡμῖν ὑποδειχθέντος, ὃ μετεγράφη δι' ἐπιταγῆς καὶ θελήσεως ἡμετέρας τῇ διακρίσει τοῦ νοταρίου κάτωθεν γεγραμμένου. οἱ δὲ μάρτυρες τούτου γεγόνασι κύριοι Ερίθλος ἀπὸ Βέρνου. Θωμᾶς ἀπὸ Ρετέμου καβαλλάριος, Μαΐστωρ Κοράλδος ἀπὸ τῆς Ἀγκόνας. ὁ Μαΐστωρ Γουλιέλμος ἀπὸ τοῦ Τέμπου συνήγορος· ὁ Πέτρος τοῦ Ἀνσέλμου, καὶ Γουλιέλμος τοῦ Λαμπέρτου δημόσιοι νοτάριοι. εἰς οὗ πράγματος μαρτυρίαν, καὶ πλειοτέραν ἀσφάλειαν, ὁ

ὁ προσκληθεὶς ὑπουργὸς τοῦτο ἐσφράγισε τῆς αὐτῆς μαρτυρίας. Ἐγὼ Θεόβαλδος ἀπὸ Βερώνας τῆς αὐλῆς, καὶ ἀδείας βασιλικῆς δημόσιος νοτάριος ἐκ τοῦ κυρίου ἰσγράφου ληφθὲν, ἀδείᾳ καὶ προστάξει τοῦ κυρίου τοῦ τῆς λειτουργίας ἐκπληρουμένου ἐμοὶ γεγονυῖα, καὶ τῇ αὐτῇ ἐπιμβληθείσῃ τῇ ἰδίᾳ χειρὶ ὑπέγραψα, καὶ πιστῶς μετέθηκα· οὐδενὸς προστεθέντος, ἢ ἐκλειφθέντος δυναμένου ἀλλοιοῦν τὴν ἀπόφασιν, ἢ τὴν τοῦ κυρίου ἰσγράφου περίληψιν· καὶ ἀπὸ τοῦ κυρίου παπᾶ
23 Λέοντος οἰκονόμου, καὶ τῆς Σωλίας ὑποψηφίου παρακληθεὶς εἰς ταύτην τὴν δημοσίαν θέσιν παρῆξα, καὶ τῷ ἐμῷ ἰδίῳ βουλλωτηρίῳ ἐπισφραγισάμην.

uit testimonio. Ego Theobaldus Veronensis forensi, & imperiali auctoritate publicus Notarius ex Originali scripto desumptum esse fateor, permissione, & facultate Domini cuius id muneris est, mihi facta, eiusq; discussione inserta, propria manu subscripsi, & ex fide transtuli nihil addito, vel detracto, quod sensum mutare queat, vel exemplaris scripti sententiam: & à Domino papa Leone oeconomo, & Soliæ electo Episcopo rogatus huic depositioni adfui, & peculiari meo sigillo signaui.

NOTAE.

IN exemplari Altempsiano à librario nota quædam ad latus ipsius Constitutionis additur: Πρόλογος καὶ προδιάλεξις δι' ἣν αἰτίαν γέγονε ὁ παρὼν ὁρδινιασμὸς κανονικῶς ἐκτεθεὶς μέσον Λατίνων καὶ Γραικῶν ἐκκλησιῶν καὶ ἀρχιερέων ἐπὶ Οὔγου τοῦ ἐκ γένους Πρασίνου Ἰταλοῦ, καὶ Γερμανοῦ Πησιμανδρου Γραικοῦ, ἀμφοτέρων Γραικῶν ἀρχιεπισκόπων νήσου Κύπρου. *Prologus, & præfatio enarrans causam, ob quam præsens Constitutio canonicè edita sit inter Latinorum, & Græcorum Ecclesias, & Archiepiscopos, Hugonem nimirum ex genere Prasini Italum, & Germanum Pesimandrum Græcum, vtrumq. Græcorum Archiepiscopum Insulæ Cypri.*

2 Pacem longo & obscuro interpretis hyperbato præclarè commendat pacis studiosus summus Pontifex, ducto exordio à verbis Isaiæ cap. 32. ℣. 17. *Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum.* Licet Græcus Interpres verba detorserit, tenebrasq. Latini sermonis fortasse parùm gnarus, effuderit, adeò vt Oedipo penè opus fuerit ad ænigmata græcanicæ dictionis intelligenda.

3 Πάπα Ἰννοκεντίου. *Innocentio Papa*, vtiq. huius nominis IV. nam Tertius creatus fuit anno MCXCVIII. & mortuus anno MCCXVI. quocirca Germanus plusquam quinquaginta annos rexisset Ecclesiam Nicosiẽsem. & incongruè Archiepiscopus Hugo anno MCCLX. post quinquaginta annos litem Germano intentasset de Metropolitico iure & electione, qui præscriptionis iure post triginta annos ex can. XVII. Conc. Chalcedon. Metropolitica iura iurè daret. Nec Germanus senio confectus vigens, & vegetus Romam petijsset: & ætatem potius quàm paupertatem causasset, ne longius varijs allatis rationibus lis protraheretur. Petrus item Albani Episcopus, & Otho Tusculanus sub Innocentio IV. exstitere.

4 Πέτρου τοῦ Ἀλβανοῦ. In actis Pontificum etiam nuperrimè summa diligentia excussis, non reperitur nomen istius Cardinalis, qui vtiq. tunc temporis mortuus erat. cum vocetur τῆς ἀγαθῆς μνήμης, *bonę memorię*. Reperi tamen in Actis concilij Lugdunensis sub Innocentio IV. in sententia contra Federicum Imper. lata, in qua summus Pontifex dicit: *Speciales nuntios Venerabilem Fratrem nostrum P. Albanensem tunc Rhotomagensem Archiepiscopum: ac dilectum filium nostrum Gulielmum Basilicæ Sanctorum Apostolorum presbyterum Cardinalem*. Petrum *fratrem* appellat, quia Episcopus, Gulielmum verò *filium*, quia presbyter.

5 Ὁ εὐλαβὴς ἀδελφός. *Frater*, quia Otho erat Episc. *Venerabilis*, quia Cardinalis; eo enim insigniebantur nomine S. R. E. Cardinales, vt ex Actis Conciliorum illius temporis constat. Regestum XVI. Innoc. III. ep. 104. 105. & 106. *Venerabilis frater noster Pelagius Episcopus Albanensis*. Is autem fuit Otho Cardinalis de Castro Rhodulphi Bituricensis, legatus Cypri post Petrum Albani Episcopum sub Innoc. IV. cui exstant datæ litteræ de Græcorum ritibus, quo tempore legati munere fungebatur in Cypro. Indè postea Romam reuersus, sub Alexandro IV. subscripsit Anagniæ hanc Constitutionem. In Actis autem summorum Pontificum nuperrime editis, in vita Innocentij IV. habetur: *Innocentius Othoni Cardinali multas scripsit Epistolas, mandauitq. vt in Cypro Insula Episcopatus Græcorum institueret.* quæ vtinam exstarent.

6 Οἱ ὄντι... Asserit Germanus, se nullum superiorem agnoscere Pontificem, præter solum Romanum vnum. Quia Cyprus vna olim Metropolis erat, ex ijs quæ sui iuris erant, nullius parentis imperio, cuius metropolis genus Græci αὐτοκέφαλον vocant, eo quòd ipsa Metropolis sibi ipsi caput sit, & seipsam ipsa ab alijs non recta regat, sub nullis Orientis Patriarchæ ditione constituta. Theod. Balsamo de Priuilegijs Patriarcharum in lib. VII. Iuris Orientalis: Ἀνὰ μόνων τῶν αὐτοκεφάλων ἀρχιεπισκόπων τῆς Βουλγαρείας φημὶ καὶ τῆς Κύπρου, καὶ τινῶν ὀλίγων μητροπόλεως λαβόντων ἀπὸ φιλοτιμίας βασιλικοῖς ἰδικοῖς τοῦτο τὸ δίκαιον. *Præter solos Archiepiscopos qui caput ipsi sunt, Bulgariæ nimirum, & Cypri, ac paucos quosdam alios metropolitas, qui ex Imperatoria peculiari munificentia, ius istud obtinent*. Quod ius Archiepiscopi Cypri antiquissimum sanè est. Et Theod. quidem Balsamo in can. XXXIX. Trullanum ad Cōcilium tertium Ephesinum illud refert, dicens: Ἀπὸ μὲν τοῦ η΄ κανόνος τῆς γ΄ συνόδου παρείσακται, ὅτι ἐκ παραστάσεως ἐπισκόπου τινὸς Κύπρου Ῥηγίνου ἐπιλεγομένου, ὡρίσθη αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν ἐκκλησίαν τῆς Κύπρου, καὶ ἐκωλύθη ὁ Ἀντιοχείας χειροτονίας ἐν αὐτῇ ποιεῖν· διορίζεται δὲ ἔχειν αὐτὴν καὶ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὡσαύτως καὶ τὰς ἐκκλησίας τῶν ἐπαρχιῶν τοῦ Ἑλλησπόντου καὶ τῆς ἐκκλησίας τῆς Κυζίκου, καὶ γίνεσθαι τὰς τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν χειροτονίας παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Κύπρου. σήμερον δὲ οὐδεμία ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν τούτων, τῇ ἀρχιεπισκοπῇ Κύπρου ὑπόκειται. ἀλλ' οὐδὲ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔχει. *Ab Octano canone Tertiæ Synodi, ex supplicatione cuiusdam Episcopi Cypri Rhegini vocati, statutum fuit, ipsam Cypri Ecclesiam esse primatem ac sui ipsius caput: & pro-*

probibitus est Anthiochenus Episcopus facere in ea Ordinationes; statuit autem can. xxxix. Trullan. & eam habere iura Constantinopolis, ac pariter ecclesias etiam Prouinciarum Hellesponti, & Ecclesiam Cyzici, & ipsorum Episcoporum Ordinationes ab Episcopo Cypri faciendas. Hodie verò nulla ex his Ecclesijs Cypri Archiepiscopatui subijcitur, immo neque iura Constantinopolis habet. Fortasse quia iam suo tempore in Latinorum ditionem cesserat; sed fallitur, nam ius αὐτοκεφάλιως, inde ab Apostolorum tempore habuerat. clarissimè id patet ex eodem ab ipsomet allato canone. VIII. III. Synodi, dicit enim: Ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον προεστῶτες κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ὁσίων πατέρων, καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ποιούμενοι. *Habeant ius suum intactum, & inuiolatum qui sanctis in Cypro Ecclesijs præsunt, secundùm canones sanctorum Patrum, & veterem consuetudinem, per seipsos Ordinationes reuerendissimorum Episcoporum facientes.* Confirmat veterem consuetudinem, iura sua antiqua firmat Concilium, non nouum tribuit ius. Id autem erat ius αὐτοκεφάλιως. nimirum, vt metropolita Cypri, a Synodo Cypri eligeretur, & ab Episcopis eius Insulæ consecraretur, non a Patriarcha Antiochiæ, vel ab alio quouis. Cum itaq. Germanus se Græcorum Archiepiscopum creatum existimaret, tanquam Græcorum Metropolita eius Insulæ iure αὐτοκεφαλίᾳ, nolebat Hugoni metropolitæ Latino parere. Attamen quia ea priuilegia semper intelliguntur saluo iure προτιμήσεως prælationis Romani Pontificis, ideo eum solùm ditionem in ipsum habere fatetur.

7 Ὁ αὐτὸς ἀκροατὴς. *Idem Auditor*, nimirum Cardinalis. Olim enim Cardinales constituebantur Auditores peculiarium causarum a Summo Pontifice. Innoc. III. Regest. XIII. epist. xlv. *Tibi & F. Archidiacono Tullensi, Venerabilem Fratrem nostrum H. Hostiensem Episcopum constituimus Auditorem.* Epist. CXCVII. *Priori, & Fratribus SS. Quatuor Coronatorum. Cum super vsu, & iure Parochiæ inter vos, & N. Priorem, ac Conuentum Lateranense contentio verteretur, dilectum filium nostrum G. titulo SS. Ioannis & Pauli Presbyterum Cardinalem dedimus partibus Auditorem, qui petitiones audiuit, & testes vtrinque recepit*, & Regest. XV. Epist. cl. *Coram dilecto filio P. titulo S. Ceciliæ Presbytero Cardinali, quem vobis dedimus Auditorem.* Epist. XLIII. & LXIX.

8 Ἐπιτιμία καθολικοῦ. De vniuersali ista censura nihil in Actis impresis Romanorum Pontificum, nec in ecclesiasticis tabulis. Innuit ex Æmilio lib. 7. Petrus Maturius in notis ad 3. part. sum. S. Antonini §. 21. cap. 8. ad annum MCCLIV. dicens: Innoc. IV. Summo Pontifice *Cypri quoq. veræ pietatis exempla contemplari potuere. Insula duos habebat Archiepiscopos, Latinum, Græcumq. Latinum imperitantem Græco. Græcum, quod parere nollet solum vertere coactum. Episcopis Græcis ab Archiepiscopo Latino re diuina facienda interdictum. ad hoc nobilitatis veteris Cypriæ, bonam partem loco im-*

piorum habitam : distractam Insulam aliorum aliter de re sacra, iureq. Pontificio sententium contentione, nullam formam consentientis germanæq. pietatis.

9 Προσταγῆς Κελεστίνου. Vtique huius nominis Tertij. Quandoquidem Quartum id præcepisse rationi consentaneum minimè videtur, cum is XIIX. a suæ creationis die è vita excesserit, & in adeo breui temporis interuallo, non potuit res Cyprias curare, nec dum familiaribus & vrbanis expeditis. nec etiam Celestinum Secundum, creatum ann. MCXLIII. cum nec dum Cyprus in Latinorum ditionem venisset, & triginta ferè post Celestinum II. annis, sub Luca Patriarcha CP. an. MCLXX. vt ex Synodali eius decreto relato a Balsamone in Nomoc. Photij tit. XIIX. cap. XXIIX. plusquam XII. essent in ea Insula Episcopi Græci, quorũ iura ratione Appellationis, a Patriarcha CP. cognoscebantur. Qui ergo fieri potuit vt Celestinus II. Græcos eiecerit Episcopos, & quattuor tantùm Latinos constituerit? Quocirca necessariò asserendum est Celestinum istum fuisse eius nominis Tertium, creatum ann. MCXCI. Tempore namq. Clementis III. cui proximè successit Celestinus III. Riccardus Angliæ Rex Cyprum Græcis eiectis Ducibus, subegit. Verùm his quæ Hugonis Oratores in iudicio detulerunt Alexandro Pontifici non cohærent ea, quæ Ioannes Maginius in Ptolomæi Cosmographiam, agens de Cypro, scripsit, dicens: *Fuere olim in vniuersa Insula Cypri quattuordecim episcopi, ijq. omnes Græci. Innocentius autem III. petitionibus reginæ Aelisiæ annuens, ad quattuor tantùm redegit, tum Græcos, tum Latinos.* Cum hi Cyprij Oratores asserant, id non Reginæ Ælisiæ precibus factum, sed in contumaciæ pœnam, deficientibus Græcis ab obedientia Romanæ sedis, Nec ab Innocentio III. sed ab eius prædecessore Celestino III. qui eiectis Græcorum Pontificibus, quattuor tantùm in ea Insula Latinorum constituit sedes. Deinde Petrus Albani Episcopus Innocentij IV. Legatus, Summi Pontificis auctoritate, quattuor Latinis Episcopis quattuor addidit Græcos Episcopos in distinctis locis a Latinorum Vrbibus sedes suas habentes, qui suos illarum diœcesum Græcos regerent.

10 Τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας. Romæos vocat Græcos, sic primò vocati sunt ij qui sub ditione erant Imperatoris Græcorum, cuius imperij sedes cum Constantinopolis esset, ab ipsis noua Roma nuncupata; idcirco Græcorum Imperium Romaniam appellabant. Concilium Lugdunense sub Innocent. IV. *Ad vnitatem Romanæ Ecclesiæ totum Romaniæ, idest Græciæ, Imperium.* Eos autem qui illi parebant imperio, Romæos nuncupabant, vt a Romanis Latinis antiquæ Romæ, nominis etiam inflexione discernerent. Clarè id in hac ipsa constitutione. παρὰ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐπισκόπου λαμβανέτω ἕκαστος Λατῖνος ἐπίσκοπος. *Vnusquisq. Latinus Episcopus sumat Iuramentum fidelitatis, ab Episcopo Romæorum.* Nimirum ab Episcopo Græcorum eius Insulæ.

Romæum

Romæum Latino opponit, quia eius Insulani in ditione olim fuerant Imperatoris Orientis.

11 Ἐγώπιον. Tres tantùm recensentur Græcorum Episcopi eius Insulæ, quia quartus Arsinoës in Papho iam obierat, eiusq. sedes vacabat, vt ex extrema parte huius Constitutionis patet.

12 Τέσσαρες μόνον. Germanus enim cum sibi vsurpasset nomen Archiepiscopi Leucosiæ præter quattuor Episcopos, quinq. Græcorum sedes efficiebat, contra decretum Celestini, & Innocentij. Et fortasse Petrus Albani Episcopus Innocentij IV. Legatus quattuor Græcis Episcopis quattuor dederat ecclesias, & Palatia in eiusdem Vrbibus, in quibus Latinorum Episcoporum erant sedes. Alexander vero IV. Græcis Episcopis quattuor Vrbes diuersas ab Vrbibus Latinorum, in eisdem tamen Latinorum diœcesibus decreuit, à quibus Vrbibus Episcopi nomen sortirentur, vt a Solœa sede Græci Episcopi in diœcesi Leucosiæ, Solęnsis Episcopus vocaretur. Firmatur id ex Ioanne Maginio dicente: *In Insula Cypri Archiepiscopus Græcus, ac ceteri Græci Episcopi in ditione erant Latinorum, à quibus, facta eorum electione in regio Consilio, confirmabantur Episcopi, & eorum Appellationis causæ cognoscebantur. Neq. ob id in Latinorum Episcoporum Vrbibus sedes habebant: nam Alexander IV. in alijs Vrbibus eorum locauit sedes, vt in eius Summa quæ Alexandrina vocatur, habetur.* Quam vtinam legere contigisset. Exstitere autem olim Episcoporum etiam sedes eædem ipsæ Vrbes, ante Latinorum Imperium. Nam in Concilio Ephesino assidebat Euagrius Solœnsis Episcopus, & in Nicęno II. Eusthatius Episcopus Solœnsis Ex Conciliorum autem Actis has elicio Vrbes exstitisse Episcoporum sedes: Paphum, Salaminam seu Constantiam, Solœam, Trimithuntum, Thamassum, Cittium, Curium, Chytrium, Amathum, Carpasium, Arsinoen, Neapolim, Cyrenem: In Sardicensi Concilio reperiuntur duodecim nomina Episcoporum insulæ Cypri, sine tamen ciuitatum vocabulis. Ex Synodo CP. sub Luca patriarcha coacta propter depositionem Ioannis Episcopi Amathuntis, apud Balsamonem in can. 12. Carthagin. colligitur eo anno nimirũ MCLXX. plusquam duodecim exstitisse eius Insulæ Episcopos. Ioannes Maginius: *In vniuersa Insula quattuordecim olim fuere Episcopi.* Plinius l. v. hist. nat cap. xxx. *Oppida in ea Insula quindecim: Paphos, Palepaphos, Curia, Cittium, Coriacum, Salamis, Amathus, Iapethos, Solæ, Tamasus, Epidaurum, Chytri, Arsinoe, Carpasium, Golgi. fuere & ibi Cinyra, Marium, Idalium.* Stephanus aliam his addit Vrbem: ἔτι δὲ Παναχρου πόλις Κύπρου. *est autem & Panacrus vrbs Cypri*. In menæis Gręcorum die IV. Maij, τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Θεοδότου ἐπισκόπου Κυρηνίας τῆς Κύπρου. *Sancti Theodoti Martyris Episcopi Cyriniæ*, sub Licinio Imper. in Act. 1. Conc. Ephes. τῆς

Κηρειώης Κύπρου. *Cirenes Cypri.* Stephanus verbo πηγαί. ἔστι δὲ πόλις ἐν Κυρηνίᾳ τῆς Κύπρου. *Est verò ciuitas in Cyrene Cypri*, In Concilio verò VII. Act. IV. reperitur, *Ex Apologia Leontij Episcopi Neapoleos Cypri*. Ex quibus eius Insulæ magnitudo innotescit, & Alexandrum IV. non tunc primùm fundasse ecclesias, sed pontificias instaurasse sedes iam antiquatas.

13 *Græcorum tamen depositio Episcoporum*. Peculiare id munus Romani pontificis. Innocent. III. Regest. XV. ep. CXXXVII. Cremonensi Episcopo Apostolicæ sedis Legato; *In Episcopum Vicentinum depositionis sententiam promulgasti. Quamuis ad id sine nostro speciali mandato procedere non debueris, cum hoc sit vnum ex illis, quod sibi sedes Apostolica specialiter reseruauit*, Et ep. CLXXV. *Cum Episcoporum translatio fieri non potuit, vel debeat absq. sedis Apostolicæ licentia speciali*.

14 *In Papho*. S. Hieron. in vita S. Hilarionis. *Ingressio Hilarion Paphum Vrbem Cypri, nobilem carminibus poëtarum*. Vetus Paphus sita erat in littore Orientis, olim metropolis totius Insulæ, vtpote Proconsulis sedes ex Act. Apost. cap. XIII. In primo Concilio Nicæno Paphi Episcopus primum locum tenebat inter Episcopos Cypri. *Prouinciæ Cypri Cyrillus Paphensis, Gelasius Salaminensis*. Item & in Concilio secundo CP. primo. *Prouinciæ Cypri Iulius Paphensis, Theopompus Tremethuntis, Tychon Thamassensis, Meminius Cittiensis*. In Concilio tamen Ephesino in fin. I. Act. reperitur prius, Ῥηγῖνος ἐπίσκοπος πόλεως Κωνσταντίας. deinde Σαπρίκιος Πάφου τῆς Κύπρου. *Rheginus Episcopus Constantiæ, Sapricius Paphi Cypri*. Et in Act. VII. sæpius Constantia Cypri *Metropolis*, vocatur.

15 *Arsinoen*. In Conc. Chalcedon. Act. I. *Proëchius Episcopus Arsinoe* Stephanus decem Vrbes eo vocatas nomine, tradit; quarum inquit, ἑβδόμη Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη. *Septima Arsinoes est in Cypro, quæ olim Marium vocabatur.*

16 Λευκοσία. In menologio Græcorum, ex Typico S. Sabbæ die XII. Iunij, τοῦ ἁγίου Τριφυλλίου ἐπισκόπου Λευκοσίας τῆς Κύπρου, *Tryphilli Episcopi Leucosiæ*. Niceph. tamen Callist. l. VIII. c. XLII. vocat eum Episcopum Lediensem Sozom. etiam l. I. hist. eccl. cap. II. τὸν Λεδρῶν ἐπίσκοπον, *Ledrensem Episc.* A Latinis Nicosia vocatur, & tempore Innocentij III. metropolitico iure aucta erat, cuius Archiepiscopi confirmatio ad Summum Pontificem spectabat, a quo & Pallium accipiebat. Innoc. III. Regest. XIV. ep. CXXXIX. Ad Ierosolymitanum Patriarcham Apostolicæ sedis Legatum: *Præsentata nobis electione, quam dilecti filij capitulum Nicosiensis ecclesiæ de dilecto filio magistro Durando eiusdem Ecclesiç Thesaurario celebrarunt; quam tamen non nisi vnus de electoribus se nostro conspectui præsentauit, electionem eam sufficienter examinare nequiuimus, secundùm*

Aposto-

Apostolicę sedis morem. Verùm quia onerosum esset & graue, propter maris & viarum pericula, ob hoc iteratò ad sedem Apostolicam laborare. Pallium insigne Pontificalis officij ad te, tradendum eidem, duximus destinandum, fraternitati tuæ districtè mandantes, &c. Tu ipsum pręcipias consecrari, ac deinde conferas ei Pallium sub forma, quam tibi transmittimus.

17 Ἀμμοχωστοῦ. Famaugustam sic Græci vocant ab aggesta arena, eo quòd in arenæ medio, ad mare sita sit, & velut in Arenario. Ἄμμος enim *arenam* significat. χωστὸς verò *aggestum*, a verbo, χωννύω *aggero, obruo*. De ea Sozomenus lib. 6. hist. c. XXXII. *cum Epiphanius in vrbe ampla, eaq. maritima sacerdotio fungeretur.* Olim Salamis, deinde Constantia vocata. Stephanus: Κωνσταντία ἡ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίς *Constantia est Salamis in Cypro.* S. Hieron. de locis Hebr. ex Act. Apost. *Salamis ciuitas in Cypro Insula, nunc Constantia dicta, quam Traiani principis tempore, Iudæi interfectis omnibus accolis deleuerũt.* In primo Concilio Nicæno vocatur *Salamis:* in Ephesino verò *Constantia* & eius Cõcilij tempore totius Insulæ metropolis erat: nam in Act. VII. *Rheginus Episcopus Constantiæ Cypri metropolis.* In Chalcedon. Act. I. *Olimpius Episcopus metropolis Constantiæ.* In Conc. VII. Nicæno II. Act. I. IV. & VII. inter metropolitas recensetur, *Constantinus Episcopus Constantię Insulæ Cypri.* Immò multo ante Conc. Ephesinum circa anno CCCLXXV. Metropolis erat. Siquidem in Conc. Ephesino fuit Rheginus Constantiæ Episcopus Troili successor, de quo idem Conc. Act. VII. *Doceant pientissimi Magistri nũ Troilus ille sãctæ ac beatę memorię Episcopus qui nunc requieuit: vel sanctę memorię Sabinus qui illum pręcessit: vel qui ante illos Venerabilis Epiphanius, ab aliqua Synodo ordinati fuerint,* & tamen Epiphanius tertius a Rhegino metropolita fuerat. Socr. lib. VI. cap. IX. *Epiphanius Constantiæ vrbis Cypri Episcopus, Cõcilio Episcoporum illius insulę conuocato, statuit, ne quis Origenis libros legat.* Conuocare autem Episcoporum concilium, erat metropolitæ munus. Clarius Sozom. lib. VI. hist. cap. XXXII. *Epiphanius Salaminę, quę est Vrbs Cypri, fuit Episcopus,* & paulopost. *Epiphanius in disciplina monastica cum apud Aegyptios, tum apud Palestinos illustrissimus habitus est. Postea quoq. apud Cyprios in non minori gloria fuit apud quos electus est primarię Vrbis totius Insulę Episcopus.* Ea vrbs prædicatione S. Pauli cohonestata celebri nomine exstitit Act. XIII. *Paulus, & Barnabas abierũt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprũ, & cum venirent Salaminam prędicauerunt verbum Dei in synagogis Iudęorum.* Et fortasse tunc Metropolis effecta, cum post Concilium Nicænum Paphus crebris concussa terremotibus, fuit destructa. S. Hieron. in vita S Hilarionis: *Ingressus Hilarion Paphum Vrbem Cypri, nobilem carminibus poëtarum, quę frequenter terremotu lapsa, nunc ruinarum tantùm vestigijs, quid olim fuerit, ostendit.*

18 Καρπασίῳ. Conc. VI. Act. XVIII. *Ioannes Episcopus ciuitatis Καρπαθίων insulæ Cypri*. Stephanus, Καρπασία πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμάλιον ἔκτισεν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Κυπριακοῖς. Διονύσιος δὲ διὰ διφθόγγου Καρπαις αὐτὴν φάσιν. Ξεναγόρας δὲ Καρπαθον αὐτὴν φησι. Θεόπομπος Καρπασον. *Carpasia ciuitas Cypri, quam Pigmalion ædificauit, vt ait Hellanicus in libro de rebus Cyprijs. Dionysius per diphtongum effert Carpas eiam. Xenagoras scribit Carpathiam, Theopompus verò Carpasium.*

19 Γενικῆς συνόδου. Nimirum Chalcedon. can. XXV.

20 Βυζάντια. Nummi genus, vnius aurei. Innoc. III. lib. I. epist. Ad Regem Portugalliæ: *Pater tuus centum Byzantios annuatim Romanę Ecclesiæ constituit censuales*. Horum autem pondus, ex responsione eiusdem Regis ad ipsum Pontificem, elicitur; respondet enim: *se pro censu annuali decem annorum, iam misisse mille aureos*: Itaq. singuli Byzantij vnum pendebant aureum. Clarius idem Regest. XV. ep. CLXXIX. ad Patriarcham Antiochen. *Fratri tuo mille Byzantios dedisse ad mille aureorum valentiam*.

21 Ἐπικληθείσης χάριτος. Innoc. III. Regest. XV. ep. CCIV. Capitulo Nicosiensi. *Vniuersitati vestræ mandamus quatenus conuenientes in vnum, & sancti Spiritus gratia, vt moris est, inuocata, in Patrem & Episcopum animarum vestrarum vobis personam canonicè, ac concorditer eligatis, quam prodesse valeat & praeesse.*

22 Ἐγὼ Ἰωάννης. In Actis Alexandri IV. impressis non reperitur nomen istius Cardinalis. In Ecclesia tamen S. Agnetis Romæ in marmorea inscriptione consecrationis eius Ecclesiæ, factæ ab eodem Alexandro IV. anno MCCLIV. est *Ioannes Card. titulo S. Nicolai in carcere Tulliano*.

23 Τῆς Σολέας ὑποψηφίου. ὑποψήφιος. est Episcopus per suffragia electus, non tamen adhuc consecratus, quasi sub calculis, ac suffragijs; eo quòd tantùm calculis electus, nec dum præsentatus Imperatori, nec renunciatus, nec consecratus. Codinus de offic. Constantinop. cap. XX. n. IV. postquam per suffragia duodecim Episcoporum electus est Patriarcha CP. sedente Imperatore in throno. ἔρχεται ὁ ὑποψήφιος πατριάρχης, ὑποψήφιος γὰρ μέχρι τότε λέγεται, καὶ καθίζει ἐπ᾽ αὐτῷ. *venit electus, seu suffragijs obnoxius* (sic reddit Gretserus) *eò vsq. enim hoc nomine appellatur, & sedet in illo trhono*, deinde renuntiatur Patriarcha ab Imperatore, ac demùm consecratur in Ecclesia S. Sophiæ.

FINIS.

